


R.32252

EXERCI.

TIA SPIRITUA-
lia. R. admodum in Christo
patre nostro, M. Ignatio de
Loyola, Societatis Iesu In-
stitutore, & primo Genera-
li Präposito, auctore.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10

B. V. R. G. I. S.
Apud Philippū Iuntair cum
licentia superiorum.

1574.

R. 32252

EXERCITIA SPIRITU
lia. R. admodum in Christo
patre nostro, M. Ignatio de
Loyola, Societatis Iesu In-
stitutore, & primo Genera-
li Praeposito, auctore.



BVRGIS,
Apud Philippū Juntanū cum
licentia superiorum.

1574.

P A V L V S P A P A
III. A D P E R P E-
tuam rei memoriam.



*Astoralis officij cu-
ra, in vniuersum
Christi gregem no-
bis commissa, & di-
uinæ gloriæ ac laudis amor, fa-
cit, vt ea quæ salutem animarū,
& spiritualem earum profectū
iuuant, amplectentes, vota eorū,
qui aliquid, quod fovere, & nutri-
re pietatem in Christi fidelibus
valeat, à nobis exposcunt, ad ex-
auditionis gratiam admittamus.
Cùm ergo (sicut dilectus filius,
nobilis vir, Frāciscus de Borgia,*

A 2 Dux

Dux Gandiae, nobis nuper expōnē fecit) dilectus filius Ignatius de Loyola, Praepositus Generalis Societatis Iesu, per nos in alma Vrbe nostra erectae, & per nos auctoritate Apostolica confirmata, quædam documenta, sive exercitia spiritualia, ex sacris scripturis, & vita spiritualis experimentis elicita, composuerit, & in ordinem, ad piè mouendos fidelium animos, aptissimum redigerit, illaq; Christi fidelibus, ad spiritualem consolationem, & profectum magnopere utilia, & salubria esse, non solum fama, ex plurimis locis allata, prædictus Franciscus Dux didicerit: sed etiam

tiām

tiam experimēto manifesto, cūm Barchinonæ, tūm Valentie, tūm Gandiae, id compertum habuerit. Quare idem Frāciscus Dux nobis humiliter supplicari fecit, vt documenta, & spiritualia exercitia predicta, quo latius eorū fructus pateat, & plures Christi fidèles, maiori cum deuotione ad utendum illis, inuitentur, examinari facere: & si approbatione, & laude digna inueniremus, approbare, & laudare, aliasque in premiis opportūnè prouidere, de benignitate Apostolica, digna remur. Nos igitur, qui documenta & exercitia huiusmodi examinari fecimus, & quæ testimoniū

A. 3. nro.

nio, ac relatione, dilecti filij nostri, Ioannis Tit. Sancti Clementis, præbbyteri Cardinalis, Burgesis Episcopi, ac hereticae prauitatis Inquisitoris, & Venerabilis fratri nostri Philippi Saluciarii Episcopi, ac dictæ Vrbis nostræ in spiritualibus Vicarij generalis, nec nō dilecti filij Egidij Foscarij, nostri Sacri palatij magistri, nobis desuper facta, pietate, ac sanctitate plena, & ad edificationem, & spiritualem profectum fidelium valde utilia, & salubria esse, & fore comperimus: debitum etiam respectum ad fructus uberes, quos Ignatius, & ab ipso instituta Societas præfati, in

Eccle-

Ecclesia Dei vbiique gentium producere non cessant, & ad maximum adiumentum, quod, ad id, prædicta exercitia attulerunt, nō immerito habentes: huiusmodi supplicationibus inclinati, documenta, & exercitia prædicta, ac omnia & singula in eis conten ta, auctoritate prædicta, tenore presentium, ex certa scientia nostra, approbamus, collaudamus, ac presentis scripti patrocinio, communimus: hortantes plurimum in Domino, omnes & singulos, viri usque sexus, Christi fideles vilibet constitutos, ut tamen documentis, & exercitijs vti, & illis instrui deuote velint. Nec na

v. 4

con-

concedentes, ut huicmodi docu-
menta, & spiritualia exercitia
imprimi, a quocunque bibliopola
per predictum Ignatium eligen-
do, liberè & licitè ualeant. Ita
tamen, ut post primam editionem,
sine consensu eiusdem Ignati,
vel successorum eius, nec ab hoc,
nec ab alio omnino, sub ex comu-
nicatiois, & 500. duc. pijs ope-
ribus applicadorum, poena, im-
primi possint. Ac mandantes ni-
hilominus uniuersis, & singu-
lis locorum ordinarijs, ac perso-
nis in ecclesiastica dignitate con-
stitutis, & cathedralium, ac me-
tropolitarum ecclesiarum Ca-
nonicis, & earundem ordinario-

rum Vicariis, in spiritualibus, ge-
neralibus, & officialibus ubili-
bet constitutis, quatenus ipsi, vel
duo, aut unus eorum, per se, vel a-
lium, seu alios (cuius de Societa-
te predicta, vel aliis, quorum in-
tererit in premis spiritualibus
exercitijs, efficacis defensionis
præsidio assistentes) faciant auco-
ritate nostra, illos dicta conce-
sione, & approbatione pacifice
frui; & gaudere: non permitten-
tes eos, per quoscunque, contra præ-
sentium tenorem, quomodolibet
molestari: contradictores quo si-
bet, & rebelles, per censuras, &
poenas ecclesiasticas, ac alia op-
portuna iuris remedia, appellatio-

ne postposita, compescendo: In uocato etia ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Nō obstante. fe. re. Bo. Pap & V IIII. prædecessoris nostri de vna, & Cœli generalis de duabus dietis, dummodo, ultra tres, aliquis, auctoritate præsentium, nō trahatur: & quibusvis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: ceterisque contrarijs quibuscumq;. Aut si aliquibus communiter, vel diuissim, ab eadem sit sede indulatum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi

modi mentionem. Volumus autem, quod præsentium literarum trāsumptis, manu Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius Prælati, seu personæ, in dignitate ecclæsiastica constitutæ, munitis, plena fides vbiique habeatur, & illis stetur, tam in iudicio, quam extra, ac si originales literæ exhiberentur, & ostenderentur. Datum Romæ apud sanctum Mar-
cum, sub annulo piscatoris, die ultimo Iulij. M. D. XLVIII.
Pontificatus nostri anno quar-

todecimo.

Blo. El. Fulginensis.

T E S T I M O N I A
eorum, quibus césura exer-
citorum est commissa.

In prima translatione.

*Legimus omnia in volumine
hoc digesta, nobisque valde pla-
cuerunt, & ad animarum salutē
in primis conducibilia sunt visai:*

Cardinalis Burgensis.

*Concedimus, ut opus hoc, omni
laude dignū, & Christianæ pro-
fessioni valde proficuum, impri-
matur.*

Philippus Vicarius.

*Non poterūt tam sancta exer-
citia nō maximum commodum
præstare cuilibet studioſo: Ideo
obuijs etiam vlnis amplecten-
da*

da sunt.
F. Egidius Foscararius, Magi-
ster Sacri palatij.

In secunda translatione.

*Legimus spiritualia hæc exer-
cita, placentq; nobis valdè: & di-
gna indicamus, que ab omnibus
orthodoxæ fidei cultoribus reci-
piantur, & magnifiant.*

Cardinalis Burgensis.

*Concedimus, ut opus hoc, omni
laude dignum, & Christianæ
professioni valde proficuum, im-
primatur.*

Philippus Vicarius.

*Cum nequeat subsistere diu
Christianæ religio sine exerci-
tijs, & meditationibus aliquibus
spiri-*

spiritualibus (in meditatione enim, inquit Yates, ex ardore fit anima mea) nullas arbitror magis opportunas ijs, quæ proculdubio, ex scripturarum studijs, & longerum ysu, natæ sunt.

F. Egidius Foscararius, Magister sacri palatij.

QVIDAM DE SOCIETATE IESU, deuoto lectori eiusdem Societatis. S. in Domino.

HÆc docimeta, ac spiritualia exercitia, quæ nō tā à libris, quām ab vñctiōe sancti Spiritus, & ab interna experientia, et ysu tractātorū animorum edocet, nos ter in Christo Pater M. Ignatius de Loyola, Societatis nostræ institutor, et Præpositus Generalis (vt præmissum est) coposuit, ab idiomate Hispanico in latinū, duobus modis sunt versata: altera versio, nō solū sensum sensui, sed penè verbū verbo: altera (quæ visa est præferenda) sensum tantum.

tatum sensui, sed fideliter reddebat. Cum autem exercitia hæc, ut satisficeret quorundam, et præcipue Illustrissimi Duci Gandie, Fræcisci de Borgia devotioni, qui optabat approbari ea, Sedis Apostolice auctoritate, quæ iam pridè, et spiritualis plurimorum omnis generis, & conditionis hominum profectus (qui per ea spiritum Domini vel hauserat, vel mirum in modum auxerant) ubique approbauerat: cum, inquit, ante approbationem summi Pontificis, destinatis censoribus videlicet proponeretur, utraq; translatio eis est oblata: & licet omnino liberæ censuræ, eorum subiectur, ut adderetur, minueretur, mutarent,

tareret, prout in Domino videretur, tamen, ne verbo quidem mutato, utraq; versione (quod testimonij eorundem in archetypis exemplarib; patet) approbarunt. Quod ad impressionem attinet, hoc te, p[ro]leto, moniti velim, non ijs, qui tandem lectari exercitia: sed qui faciatur, vel potius alijs tradituri sunt, esse hoc laboris, et opere impensum. Cum enim ad fructum vberem capiendum parum sit legisse, nisi strenue quis in eis se exercaverit, & magistrum, in rebus spiritualibus versatum, sit nactus: constat non eo animo impressa esse, ut pa[re]sim in vulgo emanaret: sed cum labore sum nimis esset: nec sine ma-

B. gno

gnote temporis, & impensariū diffē-
dio, tā multa exemplaria manus
scribere, quibus ad Societatis ip-
sius ysum opus erat, et vt varieta-
te, et erratis plurimis (quæ in ma-
nuscriptis deprehēdi solēt) deu-
tatis, indubitatæ fidei exemplaria
suppeteret, typis hoc opus excus-
sum est: sed omnia excussa volu-
mina, in potestatē Societatis, ad
ipsius, vt dixim⁹, ysum (ita vt nec
vendi, nec excudi ullibi possint)
sunt redacta. De his te monere,
pie lector (si forte minus innotue-
rā) cūm perfecta mihi sint prä-
dicta omnia, officij mei esse du-
xi. Vale in Domino. Romæ VI.
idus Augusti. 1548.

A N-

ANNOTATIONES
quædam, aliquid ad foren-
tes intelligentię ad exerci-
tia spiritualia, quæ sequun-
tur: vt iuvari possit tam is,
qui ea traditur⁹ est, quām,
qui accepturus.



Annotatione pri-
ma est: quod
ipso nomine spi-
ritualium ex-
ercitiorū, in-
telligitur mo-
dus quilibet examinandi propriā
conscientiam: item meditandi,
contemplandi, orandi secundum
mentem, & vocem: ac postremo

B 2. alias

alias quasunque spirituales operationes tractandi, ut dicetur deinceps. Sicut enim deambulare, iter facere, currere, exercitia sunt corporalia: ita quoque preparare, disponere animam ad tollendas affectiones omnes male ordinatas, ijs sublatius, ad querendum, inserviendum voluntate Dei, circa vitæ suæ institutionem, et salutem animæ, exercitia vocantur spiritualia.

Secunda est: quod ille, qui modum, ordinem alteri tradit meditandi, suo contemplandi, sed veliter narrare debet meditationis, seu contemplationis historiam, percursis obiter duntaxat puctis illius

illius præcipuis, et adiecta solum breui declaratiuncula: Vt is, qui meditaturus est, accepto veritatis historiae primum fundamento, discurrat postea, et ratiocinetur per seipsum. Ita enim fiet, ut dum aliquid inuenierit, quod elucidationem, vel apprehensionem historie, aliquanto maiorem prebeat (sive ex discursu proprio, sive ex divina mentis illustratione id contingat) gustum delectabiliorum, et ubiorem fructum percipiat, quam si res ipsæ ei ab altero diffusa narrata, et declarata esset. Nō enim abundantias scientie, sed sensus et gustus rerū interior desiderium animæ explere solet.

Tertia est: quod, cum in sequētibus omnibus exercitijs spiritualibus utamur actibus intellectus, quando discurremus, voluntatis. vero, quando afficimur, aduentum est in operatione, quæ præcipuè est voluntatis, dum vox aut mente cum domino Deo, vel sanctis eius colloquimur, maiorem exigimur nobis reverentiam, quam dum per ysum intellectus, circa intelligentiam potius moramur.

Qarta est: quod licet exercitijs sequentibus, assignetur quatuor hebdomadæ, rotidem exercitorum partibus, singulae singulis respondentes. videlicet,

ut in prima hebdomada fiat consideratio de peccatis: in secunda de Domini nostri Iesu Christi vita, usque ad ingressum eius in Hierusalè, die dominica palmarum: in tertia de passione eiusdem: in quarta de resurrectione, & ascensione. adiectis tribus orandi modis: non tamen ita accipiendæ sunt dictæ hebdomadæ, ut necesse sit unamquaque continere septem vel octo dies. Cum enim contingat alios alijs tardiores, vel propriorum esse ad consequendum id, quod queruntur: puta in prima hebdomada contritionem, dolorem, & lacrymas de peccatis suis: aliquos etiæ plus aut minus agitari probariq;

barique variis spiritibus: expedit nonnunquam succidi hebdomadā quamcunque, vel extendi, iuxta materię subiecta rationē. Solet tamen totum exercitiorum tempus triginta dierum, aut citer, spatio concludi.

Quinta est: quod mirum in modum iuuatur, qui suscipit exercitia, si magno animo atque liberali accedens, totū studium, & arbitrium suum offerat suo Creatori, ut de se, suisque omnibus id statuat, in quo ipsi potissimum seruire posset, iuxta cuiusdem beneplacitum.

Sexta est: quod tradens exercitia, si animaduertat ei, qui

reci-

recipit, nullas incidere spirituales animi commotiones, ut sunt consolationes, vel tristitia: neque diversorū spirituum agitationes, sed lō debet percontari: an ipsa exercitia præscriptis agat temporibus, & quibus modis: An etiā obseruet diligenter cūtias additiones: Et de singulis ratio postuletur. Porro de cōsolationibus, & desolationib⁹, infra tractabitur. pag. 238. De additionib⁹ vero. pag. 84.

Septima est: quod is, qui alterū exercendum curat, si eum videat desolatione affici, seu ientatione, cauere debet, nē se durum, vel austерum ipsi exhibeat, sed mitem potius, ac suauem preffet,

B 5 cons-

confirmato eius animo ad agen-
dum strenuè in posterum: dete-
tisque inimici nostri versutis,
eum ad consolationem studeat
disponere, tanquam breui subse-
culturam.

Octaua est: quòd circa conso-
lationes, & desolationes su-
mentis exercitia, & circa huma-
ni hostis fallacias, poterunt vni-
esse regulæ, quæ in prioribus dua-
bus hebdomadis habentur, de vna
rijs spiritibus internoscendis.

Nona est: quòd quando exer-
cendus est quispiam spiri-
tualium rerum inexpertus, unde
contingat eum, in prima hebdo-
mada, crassis quibus dā, apertijs q;
tentia-

tentationibus vexari (ostensis iā
inde prosequendi obsequij diuini
certis impedimentis, cuiusmodi
sunt molestia, anxietas, pudor,
timor, habita honoris mundani
ratione) tunc illi, qui eum exerce-
ri docet, supercedendum est vñ
regularum, quæ ad secundā heb-
domadam pertinent, de discretio-
ne spirituum, & ijs vñendum so-
lis, quæ in prima dantur. Quia
quantum alter ex his accepturus
est commodi, tantundem ex illis
dispendij referret, ob subtilitatem
rei, & sublimitatem, quæ est su-
pra eius caput.

Decima est: quòd qui exerce-
tur, si ttationibus iactetur,
boni

boni speciem præse ferētibus, muniendus est per dietas regulas hebdomadae secundæ. Humanus generis inimicus, per boni specie, eos ut plurimum oppugnat, qui antea in via vita, quam illud minatiuam appellant, respondet exercitijs secundæ hebdomadae, fuerint potius versati, quam in altera, quæ purgativa dici solet, atque per exercitia prima hebdomadae comprehenditur.

VNdecima est: quod exercenti se in prima hebdomada, expedit nescire, quid in secunda sit acturus: sed ad consequendum illud, quod tunc querit, acriter laborare, periude ac si nihil boni po-

stea esset reperturus.

DUodecima est: quod admittendus est is, qui exercitatur, ut cum in quotidiano quotilibet exercitio, ex quinq; infra descriptis, expedi debeat unius horae temporis, curet semper animi quietem in hoc reperiire, quod plus temporis potius, quam minus insipisse, sibi conscientia sit. Frequens est enim Dæmoni hoc agere, ut præfixum meditationi vel orationis temporis spatium decuratur.

DEcimateria est: quod, cum facile sit ac leue, affluente consolatione, integrâ contemplationis horam traducere: difficiliter contraria, incidente desolatione:

Idcirco

Idcirco aduersus temptationem, & desolationem semper pugnanda est, producto, ultra præfinita horam exercitio, vincendi gratia: Ita enim non solum discimus resistere aduersario, sed eum eius expugnare.

Decima quarta est: quod si vacans exercitijs cernatur consolatione multa, & feruor magno ferri, obuiandum est, ne promisso aliquo vel voto, inconsulte ac precipitanter facto, si obstringat: Idque tanto fuerit diligenterius præuentendum, quanto ille ingenij esse instabilioris perspicitur. Quamvis enim unus alterum iuste mouere possit ad ingratis,

gressum religionis, in qua emitte da sint obedientiae, paupertatis, atque castitatis vota: quamvis præterea maioris meriti sit opus ex voto, quam sine voto factum, plurima nihilominus ratio habenda est conditionis propriæ personarum: Item attente est considerandum, quid commodi, vel incommodi possit occurrere, ad illud præstandum, quod aliquis promissurus fit.

Decima quinta est, quod trahens exercitia non debet alterum impellere ad paupertatem et promissione eius, magis quam ad oppositum: neque ad hoc potius, quam ad illud institutum vitæ:

quia

quia licet extra exercitia licet
sit, & pro merito ducendum, si
quis calibatum, religionem, &
aliam quamcunque Euangelicam
perfectionem amplecti suadeat
iis omnibus, quos ex personarū,
& conditionum ratione proba-
bile sit fore idoneos: longè tamen
conuenientius, meliusque est, in-
ter exercitia ipsa id non attenta-
re: sed Dei potius voluntate qua-
rere, atque prefestolari, donec ipse
Creator, ac Dominus noster ani-
me sibi deuotæ se se communicet,
eisque amplexans, ad sui amo-
rem, laudem & seruitium dispo-
nat, prout maximè scit esse com-
modū. Quapropter dicti exer-
citia

citia standū est in quodā equili-
brio, sine dūm q̄, ut circa mediū,
Creator ipse cū creatura, & hæc
viciſſim cum illo rem transigat.
Decima sexta est: quod, ut
Creator ipse, Dominusque
noſter in creatura sua certius o-
peretur, si accidat animam ad a-
liquid minus rectum affici, at-
que inclinari, summo perē acto-
ris viribus nitendum est in cōtra-
riū: ut putā, si ad officiū vel bene-
ficiū ad ipsendū adspiret, nō
diuinæ glorie, aut communis ani-
marum salutis causa, sed commo-
ditatis ſuę, negotiorumq; tempo-
ralium duntaxat: tunc affectus
ad oppositū impelli debet, per aſſi-

C duas

duas orationes, & alia exercitia pia, in quibus à clemētia Dei oppositum petatur: videlicet hūc, ut ille animū offerat ipsi Deo, se tale officium vel beneficiū, aut aliud quiduis, iā non appetere, nisi priorem affectum adeò mutauerit, ut nihil iam omnino desideret, vel possideat alia ex causa, quam diuinī cultus, & honoris.

Decima septima perutilis est, quid, scilicet tradens exercitia inquirere, ac scire nolens proprias alterius cogitationes, et peccata: supereft, ut certior factus fideliter de cogitationibus à vario spiritu immis̄is, & ad manus, aut minus bonū trahētibus, spiri-

35
spiritualia nōnulla exercitia illi præscribat præsenti animæ necessitatì opportuna.

Decima octaua est: quod iuxta eius, qui exercetur, habitudinem, putat pro etate, doctrinam, vel ingenio, accommodari debent exercitia: ne cui rudi aut imbecilli, seu debili ea imponantur, que ferre non posse citra incommodum, nedum ad profectū suum assumere. Similiter prout cuique in animo est sese disponere, impariendum id demum est, quod eum potissimum iuuare possit. Propterea ei, qui se instrui dūtaxat postulat, & ad gradum aliquem perducit, in quo animus suus

conquiescat tradi potest particu-
lare primum examen infra positiū,
pa. 45. deinde generale. pa. 50. si-
mulq; modus orādi manē per ho-
ra dimidiū, ex præceptorū Dei, et
peccatorū mortaliū cōsideratio-
ne, de qua pag. 185. Suadēdume-
tiam fuerit, ut octauo quoque die
peccata sua confiteatur, & quin-
decim dierum intervallo, vel o-
cto potius, si affectus impellat,
sumat eucharistie sacramentū.
Ista exercitationis ratio propriū
competit rudioribus, seu illitera-
tis: quibus insuper exponenda e-
runt singula præcepta Dei, atque
Ecclesie, mortalia peccata, cum
quinquaginta sensibus, & operibus mi-

seri-

sericordia. Itidem si is, qui tradit
exercitia, alterum viderit debilis
esse naturæ, ac parū capacis, vn-
de modicus prouetus, & fructus
sperari queat, satius fuerit aliqua
ex dictis leuioribus exercitijs ipsi
præscribere, usque ad confessio-
nem peccatorum: postea nonnulla
la conscientiae examina, & me-
thodum confessionis frequentio-
ris dare, quibus iam paratum sibi
animæ profectum seu lucru tue-
ri posuit. Non erit autem progre-
diendum ad electionum dictami
na, aliorumve, quam primæ heb-
domadae exercitorum: quoties
præsertim alijs adsunt maiori cū
fructu exercitati: nec omnia a-

C 3 mni-

in nibus prestare, temporis per-
mittit angustia.

Decima nona est, quod homi-
ni negotijs publicis, vel alijs
conuenientibus districto, siue in-
genio, siue literis preditus sit,
suppetente ipsi hora una &
media diebus singulis ad sumen-
da nonnulla exercitia, exponen-
dum primo erit, quae in finem ho-
mo creatus sit: deinde per horam
media examen particulare, dein-
ceps generale cum modo rite confi-
tendi, sumendique, sancti Sacra-
menti, tradi ei possunt: prescribendo
etiam, ut mane, per triduum, spa-
cio vnius hore, meditatione agat
de primo secundo, ac tertio pecca-

to, n

to, vt docetur, pag. 63. Postea per
alios tres dies eadem hora de pro-
cessu peccatorum vt pag. 72. Per
alios totidem de poenis, quae pecca-
tis respondent, pag. 80.

Dicta quoque illi erunt intra
rotum dictarum trium medita-
tionum tempus, decem additiones
illae, quae habentur, pag. 84.
Observabitur eadem meditandi
ratio circa mysteria Domini no-
stri Iesu Christi, quae infra in ipsis
met exercitijs late explicatur.

Vigesima est, quod ei, qui a ne-
gotijs liberior est, & fru-
ctum coequi spiritualem optat,
quam posse maximum, traden-
da sunt omnia exercitia eodem,

C 4 quo

quo procedunt, ordine (& quide scribi rerum capitane excidant è memoria expedit) In quibus (secundū successum cōmuniore) tanto maiore faciet progressum spiritualis vitæ, quanto magis ab amicis, notisque omnibus, & ab omni rerum humanarū sollicitudine se abduxerit. Ut si ab ædib⁹ pristinis migret in domū, cellam, uel aliquā secretiore, unde ipsiliberū securumq; sit egredi ad matutinum, sacrū Missę, vel ad vespérarum officium cum libuerit, audiendum, absque familiaris cuiusquam interpellatione. Ex qua quidem loci secessione inter alias multas cōmoditates hæ tres præci-

pue

puè consurgunt. Prima, quòd seclusis amicis, et familiaribus, negotijsq; minus rectè ordinatis ad Dei cultū, gratiam apud Deū nō mediocrē meretur. Secunda, quòd per huiusmodi secessum intellectu minus quam antea distracto in diuersas partes, et collecta redactaq; omni cogitatione ad rem unā, scilicet ad obsequēdum Deo Creatori suo, et saluti animæ sue consulendū, multò liberius, ac expeditius utitur naturæ viribus in querendo eo, quod desiderat tanopere. Tertia, quòd quātò se magis reperit anima segregatam, ac solitariam, tanto aptiore seipsum reddit ad querēdū, attingendūq;

C 5 Crea-

Creator em, & Dominum suū ad quem insuper, quō propius accedit, cō melius ad suscipienda bonitatis diuinæ dona disponitur.

EXERCITIA QVAE
dā spiritualia, per quā ho-
mo dirigitur, vt vincere se.
ipsum possit, & vitę suę ra-
tionem, determinationē
noxijs affectibus libera, in-
stituere.



N primis, vt per hū
in simodi exercitia,
tam qui ea tradit,
quām qui accipit, in-
uari queat, supponēdum est Chri-
stianum vnumquemq; piūm, de-
bere promptiore animo sententiā

ſen

*ſeu propositionē obscurā alteri⁹,
in bona trahere partē, quām dā-
nare. Si verò nulla eam ratione
tutari poſit, exquirat dicētis mē-
tem, et si minus rectē ſentiat, vel
intelligat, corripiat benignè: hoc
niſi ſufficit, vias omnes opportu-
nas tentet, quibus illum ſanū in-
tellectu, ac ſecurum reddat ab
errore.*

P R I N C I P I V M,

Siuſ fundamentum.

Creatus est homo adhuc fi-
nem, vt Dominum Deum
ſuum laudet, ac reucreatur, ei que
ſeruiens tandem ſaluuſ fiat. Re-
liqua verò ſuprā terram ſita,
creata ſunt hominis ipſius cau-
ſa;

sa, ut eum ad fine creationis sua prosequendum iuuent: unde sequitur utendum illis, vel abstinentiam eatenū esse, quatenū ad prosecutionem finis vel conferunt, vel obsunt. Quapropter debemus absque differentia nos habere circa res creatas omnes (prout libertati arbitrij nostri subiectae sunt, & non prohibita) Ita, ut (quod in nobis est) nō queramus sanitatem magis, quam ægritudinem: neque diuitias paupertati, honorem contemptui, vitam longam breui præferamus. Sed consentaneum est, ex omnibus ea demum, quæ ad finem ducent, eligere ac desiderare.

Exa-

EXAMEN P A R T I-
culare, & quotidianū, tria tempora complectens, ad dispositionē sui, ac duplice discussionē accōmoda.



Rimum tempus est matutinum, quo debet homo, statim dum à somno surgit, proponere diligentem sui custodiam circa peccatum aut vitium aliquod particulare, à quo emendari cupit. Secundum est pomeridianum, in quo petenda est pri- mūm à Deo gratia, ut reminisci possit ille, quoties in peccatum seu delictum istud particulare inciderit, et in posterū cauere: deinde

prio-

priorē faciat discussiōnē, exigens ab anima sua rationē de peccato, seu vitio iā dicto, et singulas diei partes præteritas percurreas ab ea hora, qua surrexit, vñq; ad presentem, quoties illud cōmiserit. Et pūcta totidem signet in priorē linea figuræ subscriptæ: quibus peractis denuo proponat per spatiū diei reliquā, diligentius se se cohibere. Tertium erit vesperii num tēpus, in quo, post cœnæ horam, facienda est discussiō secunda, percursis itidē horis singulis, ab examine priore vñq; ad praesens lapsis, et eodem modo rememoratis enumeratisque vicibus, quodius deliquerit, parem eis pun-

Et orum

etorum numerum signabit in posteriore linea figuræ, sequenti similis, ad hoc præparate.

ADDITIONES QVATVOR
utiles ad faciliorem, & celeriōē pec-
cati, seu vitij cuiusvis extirpationem.

Prima est, ut quoties id peccati seu delicti gen homo cōmiserit, manu pectori ad mota, doleat de lapsu: quod fieri potest etiam ad sistentibus alijs, nec aduertentibus.

Secunda est, ut sub nocte numero ratis, cōparatisq; iniice pūctis linearū, quarum prior priori exanimi, posterior posteriori assignatur, attendat, an à priore examine vñq; ad secundū aliqua successe rit cōmendatio.

Terr.

Tertia est: ut conferat die se-
cundæ, atque præcedentis ex-
amina inuicem, considerans ecquid
sibi emendationis interuenerit.

Quarta: ut collatis hebdoma-
darum duarum inter se
examinibus, pari modo, facta
vel omisæ emendationis ratione
habeat.

Item notandum est ex sequen-
tibus figuris primam ceteris
longiorem deputari diei prima,
puta Dominicæ: Secundam vero
diei Lunæ paulo breuiorem: et ita
deinceps: cum par sit diminui in
dies erratorum numerum.

LV.

DOMINICA.**L V N A E.****M A R T.****M E R.****I O V.****V E.****S A.****D E X A.**

E X A M E N C O N-
scientiæ generale ad purga-
tionem animæ, & ad pecca-
torum confessionem utilis
fimum.



*Ro comperto ponit
tur triplex incidere
homini cogitationis
genus: Vnum ex pro-
prio surgens motu ipsius hominis.
Reliqua Verò duo extrinsecus ad-
menientia, ex boni scilicet, vel ma-
li spiritus suggestione.*

D e Cogitatione.

Debobus modis elicetur meritis
ex mala cogitatione in ma-
teria peccati mortalis, de qua hic
sermo est. Primo, quando fugge-

ritus

*ritur de patrando mortali crimi-
ne cogitatio, sed ea confessim re-
pugnando vincitur.*

Secundo, quando pravae istius mo-
dis suggestioni semel, ac iterum
repulsa, & subinde nihilominus
revertenti continuè resistit homo,
donec penitus expugnetur: quod
quidem victoriae genus merito
alterum antecellit.

Peccat autem leniter aliquis, seu
venialiter, quando in suborta
peccati mortalis cogitatione, ali-
quæculum moratur, quasi aufsculta-
do, vel quando aliqua obiter sensus
delectatione afficitur, vel in ea re-
tundenda se exhibet negligenter.
Mortale verò peccatum, per cogi-

tatio-

*rationē, duob⁹ modis admittitur.
Primo, quando cogitationi peccati præbetur, quacunq; ratio ne, assensus.*

Secundo, quando peccatum illud opere completetur: idq; grauius est priore, ex tribus causis: Videlicet, ob maiorem temporis decursum: ob actum intensorem: & ob plurium denique offendiculum, sive detrimentum.

De Loquela.

Verbo etiā multifariam offenditur Deus: ut in blasphemia, iuramento. Nam iurandum non est, neque per Creatorem, neq; per creaturas ullas, nisi concurritibus his tribus, veritate, neces sitate,

sitate, ac reverentia. Porro intel ligenda est necessitas, non in ve ritatis cuiuslibet affirmatioe, sed eius tantum, qua& circa spirituale, corporale, vel etiā temporale bonum aliquod, momenti est non leuis.

Reuerentiam dicimus, quādo assumēs diuinum nomē adhibet considerationē, vt Deo Crea tori, ac Domino debit⁹ honor tri buatur. Sciendū est autē, licet iu ramentū temerē, seu vanē factū per Creatorem, sit grauius pecca tum, quam per creaturam: diffici lius tamen esse, per hanc, quam per illum licite iurare, seruatis debitis circumstantijs, quas diximus.

D 3 Pri-

Primò, quia in mentione creaturæ facienda per iuramentū, non ita excitamur, aut reddimur attenti, ut ex veritate ac necessitate iuremus, sicut nominato rerum omnium Creatore.

Secundò, eò quòd ad honorem Deo exhibendū cum reuerentia, lögè debilius mouemur ex cōmemoratione creaturæ, quam ipsius Dei Creatoris: Quād obrem iurare per creature, perfectis magis cōceditur, quam craſioribus, siue idiotis: quandoquidē perfecti ex contemplationis ysu aſiduo, & illustratione intellectus, cōſiderat proprius, atq; deprahedunt Deum secundū essentiā, præſen-

tiam

tiam, & potentiaſuam creature culibet inesse: vnde ad p̄ficiādā illi debitā in iuramento reuerētiā paratiōes sunt alijs, qui eò perfectionis nondum prouecti sunt.

Tertiò, quia creaturis ad confirmationē iuramenti crebrius adscitis, periculū effet idolatriæ: id quod imperfectis magis, quam perfectis fuerit timēdum.

VItandū est insuper verbum otiosum (inter alia locutio-
nis peccata,) quale esse intelligi-
tur, quodcunq; nec loquenti, nec alteri prodest: nec eo etiā animo profertur, ut adferat utilitatem.
Ecōuerso verò minimè otiosū cē-
ſendum est verbū illud, quodcun-

D 4 que

que ad animæ vel proprieæ, vel alienæ, aut ad corporis, aut rei eius temporalis commodum pertinet; aut certè ad tale quippiam ex di- centis mente dirigitur: etiā si quis de negotijs loquatur, ab instituto suo alienis: ut religiosus de bellis, vel mercimonij. Cæterū ex sermone quidē, ad finem bonū ordinato, meritum contingit: ad malum verò fine, aut futiliter prolatus sermo, generat peccatum. Sum ergo oris peccata mendacium, falsa testimonia, detractio. Nā trahendum non est alteri, nec ob murmurandum.

Reuelato enim mortali alicuium peccato, quod publicū non sit, cā

mala intentione, vel graui damno fame alterius, mortale itidē peccatum committitur, veniali au- tem, veniale solum. Adhæc quo- tiescumque alienum patefacimus vitium, vel defectum, nostrum ipsorum vitium, ac defectum si- mul commonstramus. Veruntamen ubi recta mens est, de proxi mi delicto licebit loqui bifaria.

Primo, quādō publicum est, vt meretricium, vel damnatum in iudicio, vel pernitosum, putā ob errorem publicum, animos con- uersantium corruptem.

Secundo, quoties occultum ali- cuius crīmē indicatur alteri, pen- cuius subventionē, ille relevari à

mala

D S pec-

peccato posſit: dummodò rei hu-
ius, probabilis aliqua ratio, vel
coniectura offeratur. Posſent
inter oris peccata, irriſiones, co-
tumelie, & alia id genus ascri-
bi: quæ persequi licebit tradenti
exercitia, prout opus eſſe indica-
uerit.

De Opere.

Propositis ante oculos decem
mandatis Dei, cum Ecclesia
præceptis, & iussis maiorum, seu
superiorum, estimandum eſt,
quicquid fit operis, aduersus
quodlibet eorum, id peccatum
eſſe: levius aut grauius tamen,
pro inaequali peccandi modo, &

pro

pro diuersa peccantium habitu-
dine. Porro, reduci ad iussa duci-
mus superiorum, diplomata, seu
indulta Pontificum, pro infide-
lium expugnatione, vel Christiano-
rum pace, concedi atque pro-
mulgari solita: per quæ ad con-
fessionem peccatorum, & En-
charistie sanctæ sumptionem,
Christi fideles invitantur. Pec-
cat siquidem non leuiter, quicū-
que tam pias rectorum Ecclesiæ
cohortationes, sanctionesque a-
ſternari audet, ac transgredi.

EXA-

E X A M I N I S G E N E-
r a l i s m o d u s , p a r t i c u l a s , s e u
p u n c t a q u i n q u e c o m p l e-
t e n t i s .

Primum p u n c t u m e s t .
D o m i n o n o s t r o D e o ,
p r o b e n e f i c i y s a c c e p t u ,
g r a t i a s a g e n d a s e s s e .

S e c u n d u m , q u o d d e b e m u s p r o
c o g n i t i o n e , & e x p u l s i o n e p e c c a
t o r u m g r a t i a m f l a g i t a r e .

T e r t u m , d e a d m i s s i s p r a e s e n t i
d i e p e c c a t i s , r a t i o n e m a b a n i m a
n o s t r a e x i g e r e , p e r h o r a s s i n g u -
l a s , e x q u o s u r r e x i m u s , v e s t i g a n -
d o . E t p r i m o q u i d e m c i r c a c o g i t a
t i o n e , d e i n d e c i r c a l o q u e l a , a t q
o p e r a t i o n e m , e o d e o r d i n e , q u o , i n

particulari examine , t r a d i t u e s t .
Q u a r t u m , p o s c e r e v e n i a m d e d e -
l i c t i s .

Q u i n t u m , p r o p o n e r e c u D e i g r a -
t i a e m e d i a t o n e m : & T h o r a t i o n e m
d o m i n i c a n a , p o s t d i c t a o m n i a , r e -
c i t a r e : P a t e r n o s t e r .

C O N F E S S I O N I S
G e n e r a l i s , & c o m m u n i o -
n i s v s u s .

E x C o f f e s s i o n e g e n e r a l i v l t r o
f a c t a , i n t e r a l i a p l e r a q ; , p e r
c i p i u n t u r t r i a h a c e m o l u m e n t a .

P r i m u m : q u o d , t a m e n s i , q u i a n -
i n s i n g u l i s f a l t e m c o n f i t e t u r s e -
m e l , a d g e n e r a l e h u i u s c e m o d i c o
f e s s i o n e m , m i n i m e o b l i g e t u r : e a
t a m e n f a c i e n t i i p s i m u l t o p l u s

p a r -

c o m -

commodi, & meriti accedit: dolorem scilicet de peccatis, & malitia vita preteritae, quem sentit vehementiorem.

Secundum, quoniam inspecta per spiritualem exercitationem, loge quam antea manifestius natura, & malitia peccatorum, tanto amplius commodum, ac meritis percepturus est.

Tertium, quia consentaneum est, hominem sic ritè confessum, atque dispositum, multo melius se habere ad Eucharistie sumptione: qui maximè confert, & ad fugam peccati & ad gratiae receptio- seruationem, & augmentum. Porro generalis ista confessio, post hebdomadæ

hebdomadæ primæ exercitii potissimum erit opportuna.

P R I M U M EXERCITIUM, meditandi secundum tres animæ potentias, circa peccatum triplex. Et continet orationem preparatoriam, duo præludia, & punctata tria præcipua, cum uno colloquio.



Ratio preparatoria est, qua petimus à Dōmino gratiam: ut vires atq; operationes nostræ omnes, sincrè ad eius gloriam, & cultum tendant.

Primum præludium est, ratio quædā componendi loci: pro quæ-

qua notandum est, quod in quam
meditatione, siue contemplatione,
de re corporea, ut puta de Chri-
sto, effingendus erit nobis, secun-
du visione quadam imaginaria,
locus corporeus, id, quod contem-
platur, representans, veluti tem-
plum, aut mons, in quo reperia-
mus Christum Iesum, vel Mariam
Virginem, & cetera, quae spectant
ad contemplationis nostrae argu-
mentum. Sin autem speculationem
subest res incorporea, ut est con-
sideratio peccatorum, nunc obla-
ta: poterit loci constructio talis es-
se, ut si per imaginationem cerna-
mus animam nostram, in corpore
isto corruptibili, velut in carcere

con-

constrictam, hominem quoque
ipsum, in hac miseria valle, inter
animalia bruta, exulantem.
Secundum erit praeludium, ut a
Domino id postulem, quod exo-
pto, iuxta proposita contemplatio-
nis argumentum: nimurum, si de
Christi resurrectione fuerit me-
ditandu, petenda erit letitia, qua
gaudenti Christo, congaudeam: sin
de passione, lachrymas, poenas, &
angores petam, ad compatiedum
Christo patienti. In praesenti er-
go meditatione, pudorem, confu-
sionemq; mei ipsius, debeo exposce-
re, attendens quam multi homi-
nes ob peccatum mortale, vel uni-
cum, damnati fuerint: & quod

E ego

ego toties peccando sim damnationem commeritus.

Notandum ad hæc, quod omni meditationi, seu contemplationi, præmitti debent tam oratio preparatoria, quam præludia duo: sed oratio quidem semper fit eodem modo, præludia vero pro diuersitate rerum sunt diuersa.

Primum punetum erit: ut exerceatur memoria mea, circa primū peccatorum omnium, quod fuit ab angelis commissum, adhucbito statim discursu intellectus, atque voluntatis motu, instigante me ad volvēdā, & intelligēdā ea, per quæ erubescam, & confundar totus, facta vnius tantum

pecca-

peccati angelorum, cum tot meis comparatione: Vnde colligere licet, cum illi obvnicum crimen, addicti sint inferno, quam sepe ipse supplicium idem meruerim: In memoriam itaque dicimus tradendum esse, quo pacto angelici creati primū in statu gratiae, sed (quod necesse erat ad beatitudinis consummationem,) non volentes per arbitrij libertatem, Creatori suo reuerentiam, & obsequium prestare, at contra eum ipsum insolecentes, conuersi fuerint ex gratia, in malitiam, & de celo ad infernum precipitati. Consequenter discurrendum erit per officium intellectus circa hec

E 2 pen-

pensiculatiūs; nec non, concitan-
dīs simul voluntatis affectioni-
bus, acrius insistendum.

SEcūdum est punctū: easdem
potentias tres, circa peccatum
primorum parentū (quod secun-
dum appellabimus) exercere: tra-
Etādo memoria, quām diuturna,
ob illud, poenitentiam egerunt;
quanta humanum genus corru-
ptio invasit: quo hominum mil-
lia ad inferos deturbatis sunt. Mi-
morandum est videlicet, quomo-
do Adam in Damasco capo,
de limo terræ factus, positusque
in terrestri Paradiso, & Enafor-
mata ex una costarum eius, cùm
ad fractu arboris, sciētia boni, et
mali,

mali, prohibiti essent comedere,
& nihilominus comedissent, post
peccatum subito, ex Paradiso eie-
cti sint, vestibusque pelliceis indu-
ti, & originali iustitia priuati,
reliquū vitæ suscepimus, in labori-
bus, ac ær umnu maximis, pœni-
tēdo traxerint. Super his etiā, ra-
tiocinio intellectus, et affectibus
voluntatis, vtendū erit sicut prius.

Tertiū est: vt exerceamur
pari modo, circa peccatum
mortale, & particulare quodli-
bet (ipsum nos tertium peccatum
dicemus, vt à duobus supra positis
distinguatur,) considerando quòd
peccato tali, vel semel duntaxat
comisso, forte detruisi sint multi

E 3 ad

ad infernū: quodq; præterea pro-
pè innumeri, ob delicta mea pa-
ciora, atq; leuiora fortè cruciētis
eternis poenis. Vnde memoria
sandū erit, quāta sit peccati gra-
uitas, & malitia. Deum omnium
Conditorem atq; Dominū offen-
dentis. Ratiocinandū quoque est,
Supplicium eternū peccato iusl
irrogari, & potè, aduersus infini-
tam bonitatem Dei perpetrato.
Postremò suscitandi sunt affe-
ctus, sicut iam dictum est.

Colloquium fiet, imaginado
Iesum Christum coram me
adesse, in cruce fixum. Itaq; ex-
quiram tecum rationem, qua
Creator ipse infinitus, fieri crea-

tur,

tura, & ab æternā vita, ad tempo-
rariā mortē venire, pro peccatis
meis dignatus fit. Arguā insuper
meipsum, percōtans, quid hacte-
nus dignum memoratu, egerim
pro Christo? quid agā tādem; aut
agere debeam? Et in eum int̄hens
sic cruci affixum, ea proloquar,
quæ suggesteret mens, & affectus.
Porro Colloquij proprium illud
est, ut fiat sicut amici sermo, ad
amicum, vel serui, ad dominum:
nunc gratiæ aliquid petendo: nūc
culpam aliquam meam incusan-
do: interdum propria qualibet cō-
municando, ac petendo cōsilium
super illis, siue auxilium. Ultimò
dicatur Pater noster.

E 4

SE:

SECVNDVM EXER-
citiū, est meditatio de pecca-
tis, complectens vltra ora-
tionem præparatoriam, &
duo præludia, quinque arti-
culos, seu puncta, cū collo-
quio ad finem.

Reparatoria oratio,
eadem quæsupræ.

Prius præludiū ean-
dem exigit constructionem loci,
vt in precedenti meditatione.

Posteriorius verò fiet, poscendo id
quod hic querimus, dolorem sci-
licet intensum de peccatis, atque
abundantem fletum.

Punctum primū: sit processus
quidā, per quē, peccata totius
Vita,

vitæ, in memoriam reuocantur,
per cursus gradatim, discussisque
annis, & spatij temporū singu-
lis. Qua in re, triplex iuuamur cō-
pendio, cōsideratis videlicet locis
habitationis nostræ, conuersatio-
num modis, & officiorū, seu ne-
gotiorum, quibus functi sumus,
generibus diuersis.

Secundū est, peccata ipsa per-
spēdere, quanta sit foeditas, &
nequitia singulorum ex natura
sua, si vel prohibita non essent.

Tertiū est: considerare me ip-
sum, quis nā, aut qualis sim,
additis exceptis, quæ me in maiore
mei contemptum trahāt: vt si me-
cum reputē, quantulus sim ad ho-

E 5 minū

minū omnīū cētum cōparatiū
Quid deinde sit multitudi^m
 uersa mortalium, si cum angelis
 beatisq; omnibus cōferatur: pos-
 hac attendendū est, quid rei si-
 tandem, quicquid est creatū, p̄a-
 ipso Deo Creatore: Iam quid ha-
 mūcio ego vñus, esse possum? de-
 dum inspiciam corruptionē me-
 totius, prauitatem animæ, atque
 corporis fœditatē: ac me, tāquam
 vlcus, sine apostema esse duca, ex
 quo tanta sanies peccatorū, tan-
 taque vitiorum lues defluxerit.

Quartum est: cogitare qui
 sit Deus, quem ita offendit
 collectis, comparatisque perfe-
 ctionibus, attributis Deo, ut pro-

prijs

prijs, cum oppositis meis vitijs, at-
 que defectibus: summam scili-
 cet, eius potentiam, sapientiam,
 bonitatem, & iustitiam, cum
 extrema mea infirmitate, igno-
 rantia, malitia, & iniquitate,
 conferendo:

Quintum: In exclamatiōne
 prorumpere, ex commo-
 tione affectus vehementi, admiri-
 rando valde, quomodo creaturæ
 omnes (discursu factō per singu-
 las) me sustinuerint tandem, &
 hucusque viuū seruauerint: quo-
 modo angeli, diuinæ iustitiae gla-
 dium ferentes, equo me animo
 tulerint, custodierint, suisque
 etiā inuerint suffragijs: quomo-
 do pro

do pro me intercesserint Sancti
quomodo Cælum, Sol, Luna, &
alia Sydera, Elementa, cunctaque
animantium genera, & Terra
germina, debite vindictæ loco
mihi seruierint: quo deniq; ma-
do, non absorbuerit me dehiscen-
tellus, & mille infernos reser-
as in quibus perpetuas pœnas datu-
rus essem.

TErmināda demum erit ha-
meditatio, per colloquiū, ex-
tollendo infinitam Dei misericor-
diam, & gratias pro viribus ap-
ido, quod vitam ad hunc usque di-
prorogauerit: unde proposita in
futurum mei emendatione, reci-
tabo semel Pater noster.

TER

TER T I V M E X E R-
citium, nō erit aliud, quam
repetitio primi, & secundi,
vnā cum tribus colloquiis.



Ost preparatoriam
orationem, & du-
plex præludiu, repe-
tenda erunt prece-
denta duo exercitia, notatis pun-
Etis seu locis, in quibus maiorem
serimus consolationem, deso-
lationem, aut aliam quacunq; spi-
ritualem affectionem: ac in illis
diutius diligentiusque immora-
dum erit: deinde occurrete nobis
spirituali motu, ad colloquia que
sequuntur tria, veniemus.

Collo-

*Et us sine diuagatione. Adijcien-
da quoque erunt tria eadem col-
loquia.*

Q V I N T U M . E X E R-

*citium, est contemplatio de
inferno, continetque ultra
orationem præparatoriam
& duo præludia, pūcta quin-
que, & vnum colloquium.*

O *Ratio præparatoriam
differt à superiore.
Prius præludium: hic
habet compositionem loci, subic-
cta, oculis imaginationis, infer-
ni longitudine, latitudine, ac pro-
funditate.*

*Posteriorius verò cōsistit: in posci-
da intima paenarū, quas damna-
luunt,*

*lunt, apprehensione: ut si quando
me cæperit diuini amoris oblinio,
saltem à peccatis, supplicij timor
coērceat.*

P *Vnctū primum est: spectare
per imaginationem, via sta in-
ferorū incēdia, & animas igneis
quibusdam corporibus velut er-
gastulis, inclusas.*

S *Eundum: audire imaginarię
planctus, eiulatus, vocifera-
tiones, atq; blasphemias, in Chri-
stum, & Sanctos eius, illinc erū-
pentes.*

T *Ertium: imaginario etiā ol-
factu fumū, sulfur, & senti-
ne cuiusdā, seu fecis, atq; putre-
dinis graueolentiam persentire.*

F *Quar-*

Quartū: gustare similiter
amarissimas ut lachrymas
rancore, conscientiaeq; vermem.

Quintum: tangere quodāmo-
do ignes illos, quorum ta-
ctu animæ ipsæ amburuntur.

Colloquēdo interim cū Chri-
sto, in memoria adducendā
erūt illorū animæ, qui ad infernū
pœnas dānari sunt, vel quia credē-
re noluerunt aduentū Christi, vel
licet crederent, nō tamen cōfor-
mem præceptis eius vitam exegi-
runt: idq; vel ante aduentū Chri-
sti, vel eodem tempore, quo vixi
Christus in hoc mundo, vel post il-
lud deinceps: Gratia postremo a
gēda sunt eidē Christo quām mu-
ximū.

ximæ, quod in tale quodpiæ exi-
tium, non permiserit me corrue-
re, sed potius ad hunc usque diē,
summa pietate, & misericordia.
me prosecutus sit. Finis impone-
tur, dicto Pater noster.

Si visum erit ei qui tradit exerci-
tia, expedire ad prefectū, eoru[m],
qui exerceantur, alias meditatio-
nes his adjicere, ut de morte, ac
alijs peccati pœnis, de iudicio etc.
non se putet prohiberi, licet hic
non ascribantur.

Exercitiorum verò tempus ita
distribuendū est, ut primū eorum
fiat in media nocte, secundū ma-
ne, simul ac surreximus, tertius
ante, vel post Missæ sacrū, nondū

sumpto cibo, quartū, circiter horam vesperarū, quintū, hora ante cœna. Quæ temporis distributio, singulis quatuor hebdomadis, communis est: Variari tamen potest, atq; augeri, vel minui, prout vincuiq;, ad peragenda dicta quinq; exercitia, etas, animi, corporis dispositio, sive naturæ ipsius complexio subseruit.

ADDITIONES AD exercitia melius agēda, & ad ea, quæ optantur, inuenienda perutiles.

Prima est: ut ego, post cubitū ante somnum, modico tempore spatio, quo recitatetur semangelica salutatio, cogitem de h

ra, qua surgendum mihi erit, & de exercitio faciendo.

Secunda: ut ex parte factus, statim exclusis omnibus alijs cogitationibus, animum ad illud applicem, quod in primo media noctis exercitio, contemplaturus sum: Utque, maioris verecundiae, & cōfusionis gratia, exemplum mihi huiusmodi proponam: Quomodo miles aliquis staret coram rege suo, & cœtu aulico erubescens, anxius, & cōfusus, qui in regem ipsum acceptis ab eo prius beneficiis, donisq; plurimis, ac magnis, graniter deliquisse coniunctus est. In secundo itidē exercitio, reputas quantū peccauerim, fingat

me catenis vincētum esse, ac protinus sistendū coram summo iudice, sicut mortis reus quispiā, ferris ligatus compedibus, duci ad tribunal solet. His igitur, vel alijs, pro meditandarum rerū genere, cogitationibus imbutus, vestitum meo induam.

Tertia: ut à loco futura medi tationis, uno, vel gemino adhuc passu distas, per tantillū tem pus, quo percurri oratio Dominica posset, animo sursum elevato, considerem Dominum meum Iesum, ut presentem, spectantē, quidnam acturus sum: cui reu rentiam cum humili gestu exhibere debeam.

Quarta

Quartā est: vt ipsam aggre diar contemplationem, nūc prostratus humi, et pron⁹, aut supinus iacens, nūc sedes, aut stans: Et eo me cōponens modo, quo spe rem facilius id consequi quod opto. Vbi aduerti hęc duo debent: Primum, quid si flexis genibus, vel in alio quouis situ, voti cōpos fiam, nil requiram ultrà: Secundum, quid in puncto, in quo assetus fuero quæsitam deuotionē, nonquiescere debo sine trāscurrēdi anxietate, donec mihi satisficerō.

Quinta: ut cōpleto exercitio, sedens, vel deambulans, per quartam circiter hora par-

F 4 tem;

tem, mecum difficiam, quoniam
do meditatio, seu contemplatio mihi
successerit: Et si quidem male,
inquiram causas, cum poenitidine,
ac emendationis proposito: sin ve-
rò bene, gratias Deo agam, eundi
postea modum obseruaturus.

Sexta: ut cogitationes, quae gen-
dium adferunt, qualis est di-
gloriosa Christi resurrectione,
subterfugiam: quonia talis qua-
libet cogitatio, impedit fletum, et
dolorem de peccatis meis, qui tunc
quaratus est: ad scita potius, mo-
tis vel iudicij, recordatione.

Septima: ut eadem ob causas,
omni me priuem lucis clai-
tate, ianuis ac fenestris clausi-

tan-

tantis per, dum illic moror: nisi
quandiu legendum, aut vescen-
dum erit.

Octaua: ut à risu, verbisq; ri-
sum prouocantibus, maxi-
mè abstineam.

Nona: ut in neminem oculos
intendam: nisi salutari, aut
valericandi poscat occasio.

Decima: ut aliquam addam sa-
tisfactionem, seu poeniten-
tiā: Quae quidem in interiore
et exteriorē dividitur. Interior
est, dolor de proprijs peccatis, cum
firme proposito canendi, tū ab illis
tū ab alijs quibus suis in posterum.
Exterior autē, est fructus interio-
ris, videlicet castigatio aliqua de-

F 5. com-

commis: quæ tribus potissim
modis assumi potest.

Primo, circa victum: substrati
quibusdam non superflius solum
(quod tēperantia est, non poenit
tia) sed etiam conuenientibus ali
mentis: Et eò fit melius, quo plus
substrahitur, vitata interim natu
ræ corruptione, aut debilitate gra
ui, seu infirmitate. Secundo, circa
somni & strati modum, sublai
non mollibus tantum, aut delicio
sis rebus, sed alijs etiā opportuni
quantum licet, citra vitæ, aut va
letudinis, graue periculum: qua
propter de somno necessario ni
bil demendū est, nisi aliquā spes
ad consuetudinē (sic cui est nim
fum)

somni) moderanda. Tertiò, circa
ipsam carnem, ut inflictum sen
tiat dolorem, admotis, gestatisq;
cilijs, funibus, aut vectibus fer
reis, vel incusis verberibus ac pla
gis, vel alijs austoritatis generib⁹
adsumptis. In quibus tamē omni
bus magis expedire videtur, ut do
loris sensus in carne tantum sit,
nec penetret ossa, cum infirmita
tis periculo. Quare flagellū potis
simū vtemur ex funiculus mi
nutis, quæ exteriores affligunt par
tes, non autem adeò interiores, ut
valetudinē aduersam causare pos
sint. Notandas sunt insuper qua
tuor hæc circa poenitentia. Primū,
quodd poenitentia exterioris tri
plex

plex est vsus seu effectus: nimirum, ut pro delictis præteritism nihil satisfat: ut vincat seipsum homo, inferiorem sui partem, quæ sensualitas appellatur, superiori, hoc est rationi, magis subiiciens: Ut postremo, queramus, arque impetremus aliquod gratiæ diuinæ donum, quod optam⁹, putâ intimam cordis contritionem de peccatis, & abundantiam lacrymarum, vel propter illa, vel propter poenas & dolores passio-
nis Christi, aut dubij alicui⁹, quod nos angit, resolutionem.

Secundum: quod, additione primæ due, solis cœnunt exerci-
tis, quæ media nocte, et sub auro-

ram fiunt. Quarta vero in tem-
plo, vel coram alijs nunquam, sed
domi tantum, & clanculum exe-
quenda est.

Tertiū: quod quando is, qui ex-
ercitatur, effectum quæsitum nō
consequitur, ut dolorem, vel con-
solationem, mutare subinde expe-
dit rationem victus, somniq; &
alia genera pœnitentie: Ita ut, pœ-
nitentiam vnam per triduum se-
temur, & proximo eam biduo
relinquamus, vel etiam triduo:
prout diuersis, plus aut minus pœ-
nitentie, est sumendum.

Præterea, cum poenitentias hu-
iusmodi sepe omittamus ob affe-
ctum carnis, aut erroncum iudi-
cium,

cium, quasi naturalis nostra complexio ferre illas non posset; etiam ingens valetudinis derrimetum. Et è contrario iustū nonnunquam pœnitentiæ modū excedamus, corporis robore nimis confidetem mutatis, ut dictum est, pœnitentiis generibus, ac per vices sumptu, & relictis, euenit plarunque, clementissimus Dominus, qui in turam nostram perfectissime agnoscit, vnicuique id compertum reddat, quod ipsi expedite.

Quartū: quod, particulare examen, fiat ad tollendas culpas & negligentias, quæ circa exercitii additiones solent obrepere. ut quod etiam per tres alias sequentia

95
hebdomadas, obseruandū venit.

H E B D O M A D A S E C V N D A.

Contéplatio regni Iesu Christi, ex similitudine Regis terreni, subditos suos euocatis ad bellum.

Ratio præparatoria fiet more suprà dicto.

Preludium primum ad constructionem loci, nūc erit, ut spectare nos imaginemur synagogas, villas, et oppida, quæ prædicat̄ Christus pertransibat: & sic de locis alijs.

Secundū, ad gratiam poscendā pertinens, in hac parte erit, petere

petere à Deo, ne obsurdescamus
vocante nos Christo; sed ad sequen-
tum, ac obtemperandum promi-
pti simus.

Pvnctū primum est: propone
remibi ob oculos humanum
Regem diuinitus electū, cui Prin-
cipes, & populi omnes Christia-
ni, reueretiam & obsequiū praes-
tare debeant.

Secundū est: imaginari quo
audiam illum Regem loquen-
tem ad omnes subditos: In animis
est mihi regiones infidelium
uersas ditioni mee subiçere: Qua-
cunque igitur comitari me veli
paratus sit oportet nō alio rati-
onē, vestitu, rebusq; alijs, quam

me vntentē cōspexerit. In ijsdē quo
que laboribus, vigilijs, & casibus
ceteris mecum persistendū erit, vt
particeps fiat victoria, et fœlici-
tatis vniusquisque, prout laborū
ac molestiarum socius extiterit.
Tertium est: cōsiderare quid-
nam respondere debeat Re-
gi amantisimo, & liberalissimo,
fideles subditū: et quam prompte,
ad omnem eius voluntatem, of-
ferre se accinctos. Contrā Verō si
quis non obaudiret quanto apud
homines vniuersos vituperio di-
gnus esset, atque quam ignarus
miles aestimandus.

Pars secunda, huius exercitū
consistit in collatione simili-
tudi-

tudinis, inter dictum Regem, &
Dominum Iesum Christum, circa
triplex illud punctum.

Primò, sic applicabimus exem-
plum: Si terrenus ille Rex, cu-
bellica sua euocatione, dignus est,
cui attentio, & obsequium pre-
stetur, quanto magis Christus
Rex eternus, mundoque totico-
spicuus, qui singulos ad se his in-
uitat verbis? Mea hæc est iustifi-
ma voluntas, totius mundi domi-
niū mihi redicare, inimicos meos
debellare omnes, ac ita demin-
Patris mei gloria intrare. Proin-
de quisquis eò mecum venire cupit,
laboret mecum necesse est. Labo-
ri enim præmium respondebit.

Secun-

Secundò, ratiocinabimur: nemi-
nem fore sane mentis, qui no
cupidi simè Christi seruitio, se to-
tum offerat, & addicat.

Tertiò, indicandum erit: quod
y, qui se obsequijs illius pror-
fus duxerint mancipados, non
se ipsos tantum ad laborum tole-
rantiam, verum etiam maiora,
& præclariora quædam munera
oblaturi sunt, expugnata carnis,
sensuum, amorisq; proprij, et mu-
danri rebellione. Vnde responde-
bit quisque in huc ferè modū: En,
o Rex supreme, ac Domine uni-
uersorū, tua ego, licet indigniſsi-
mus, frē tamē gratia, et ope, me
tibi penitus offero, meaq; omnia

G 2 tue

*tue subi^cio voluntati: attestans
coram infinita bonitate tua, nec
non in conspectu gloriosæ Virgi-
nis Matris tuæ, totiusq; curia ca-
lestis, hunc esse animū meum, hoc
desiderium, hoc certissimū decre-
tum: ut (dummodo in maiore lan-
dis tuæ, & obsequij mei proueni-
cedat) quam possum proximè tesi-
quar, & imiter inferendis ini-
rijs & aduersis omnibus, cū ve-
ra, tum spiritus, tum etiam ren-
paupertate: Si (inquam) sanctissi-
mæ tuæ maiestati placeat ad ta-
le mea vita institutum eligere, at-
que recipere.*

*Fiet bis interdiu hoc exercitium
mane, cum primum surreximus.*

Om

*& in hora, prandium, vel cœnā,
præcedente.*

*In hac hebdomada secunda, &
subsequentibus, utile fuerit, ali-
quid subinde legere, ex Euangeli-
co, vel pio alio codice: Ut de imita-
tione Christi, Sanctorū vita, &c.*

P R I M A E D I E I M E-
ditatio prima erit, de incar-
natione Iesu Christi, comple-
tens orationē præparato-
riam, tria præludia, & pūcta
tria, cum uno colloquio.

Oratio præparatoria nihil à
superioribus variatur.

Praludium primū est: profer-
re in mediū contéplande rei
historiā, quæ hoc in loca erit: Quo

G 3 modo

modo personæ tres diuinæ, vniuersam terræ superficië speculantes, hominibus refertā, qui ad infernum descendebat in Deitatis sue eternitate decernūt, ut secundum personam, pro salute humani generis, naturam hominis assumat: Vnde adueniente tempore prestituto, angelus Gabriel, ad beatam virginem Mariam, nuntius destinatur: ut dicerur infra. pag. 197.

Secundū pertinet ad loci cōpositionem: quæ erit visio imaginaria, perinde ac si oculis patere terræ vniuersæ ambitus, quæ habitant tot diuersæ gentes: Deinde ad certam mūdi partē domūcula spectetur beata Virginis, apud

Naza-

Nazareth in prouincia Galilæa sita.

Tertiū cōtinet gratiæ postula tione: ut intimè cognoscam, quo pæcto Dei Fili⁹ mei causa sit homo fact⁹: ut ardētius ipsum amē, & abhinc sequar studiosius.

Notandum hic est: iā oratione preparatoriam, quam tria præludia, per totā hāc hebdomadam, & reliquas sequentes itidem fieri, præludijs duntaxat, pro diversitate rerum variatis.

Punctum primū est: ut speculer personas oēs, de quib⁹ agitur. Et primò quidem homines superfaciem terræ degentes, adeo moribus, gestibus, & actionibus

G 4 di-

diuersos: quo sda albos, & nigros
alios: non nullos frumentos pace, &
reliquos bellis agitatos: hunc plorantem, & ridentem illum: sanum
vnum, & alterum agrotum: nascentes multos, & multos vici.
sim morientes: ceterasque variates propè innumeratas.

DEinde: contépladæ erūt personæ tres diuinæ, è folio regali suo intuentes omnia hominum genera, in superficie terræ, cœcum more vinetium, pectorisq; mrientiū, & descendentiū ad infernum postea, Virginem Mariam cum Angelo eā salutante, cōsiderabimus, aliquid indē semper ad nos reflectendo: ut ex cōsideratione li. fr.

fructum aliquem referamus.

Secundū punctū est: auditu interno excipere, quid loquatur personæ omnes: ut homines in terris cōfabulat̄es, blasphemat̄es, si biq; inuicē conuicantes: Diuinæ vero personæ in cælo de redimendo humano genere colloquentes: Virgo et Angel⁹ in cellula de incarnationis mysterio tractantes. Quorum omnium reflexione, seu applicatione quadā ad meipsum facta, studebo ex singulis, nonobilis fructus decerpere.

Tertiū consequenter erit, actiones quoq; personarum simul attendere: ut puta, quomodo se se inuicem mortales infestent,

G 5 stent,

stent, concutiat, trucent, & mnes ruant ad inferos: quomodo sanctissima Trinitas, incarnationis opus exequatur: quomodo ista sua Angelus fungatur legatione, & beata Virgo, humillime segrerens, diuinæ gratias agat maiestati. Ex quib⁹ ad nos ipsos, ut dicitur, reflexis, fructus obiter est legendus.

Colloquium postremo subiectum, disquisitis studiosè verbis, quibus diuinam qualibet personam, Verbum incarnatum, et ipsius Matrem, dignè valeam compellare: petendo etiam pro affectu quem in me sensero, quicquid ad maiorem iuuenit imitatione Domini mei Iesu Christi, velut nūc recens incarnati. Recitatitur in fine Pater noster.

CONTEMPLATIO secunda de Nativitate.

O Ratio preparatoria sicut supra.

Preludium primum ex hystoria dependet, quæ recensenda est, ab egressu beatæ Virginis, ex oppido Nazareth: quo scilicet modo ipsa iam nono mense gravida, & insidens asinæ (ut pœnitentiari licet) ac Ioseph comes, cum ancillula, & boue, profecti sunt Bethlehem, tributum à Cæsare exactum, pro se soluturi.

Secundus

Secundum verò deducendū.
Sicut ex consideratione itineris,
estimata eius longitudine, obliqui-
tate, lenitate vel asperitate, pa-
sim occurrente. Deinceps, etiā natu-
tatis locū rimabimur, spēlūca si-
milem, latum vel angustum, pla-
num, vel erectum, commodè, vel
incommode paratum.

Tertiū, a superiore nihil mu-
tabitur.

Propterū primū est: aspectus
personarum: ut Virginis Dei
paræ, & Ioseph coniugis, cū fa-
mula, & Christi Domini; ut in-
fantis nunc primū mati: Inter
quos me adesse fingam, tanquam
pauperculum, eorum vtcūq; ne-
cessitatem.

cessitatibus, cū reuerentia maxi-
ma famulante. Ac inde, quid ad
me redire emolumenti, ex tali spe
etaculo posſit, dispiciam.

Secundum: cōficitur ex verbo-
rum quæ ibidem fūnt, appre-
hensione fructuosa.

Tertiū: ex negotiorum, quæ
illic geruntur, inspectione:
puta itineris, laborum, & cau-
rum, ob quas summus omnium Do-
minus, in summa natus sit egesta-
te, latus quoque in hac vita, cū
perpetua paupertate, labores, fa-
mem, satim, & flum, frigus, oppro-
bria, verbera, & crucem tādem
subiturus, idq; mei causa: unde
per singula studebo, prouentum
aliquem

aliquem spirituale colligere. Hec
demū cōcludenda erūt inito collo-
quio, & finito cum Pater noster.

TERTIA CONTEM-

platio, est repetitio præce-
dentiū duarum:



*R*o tertio exercitio,
seu contēplatione, re-
petuntur due præce-
dentes cum oratione
præparatoria, & ijsdē tribus pra-
ludijs: notando vbiq[ue], & fixis
tractando illas partes, in quarum
priore trāscursu, aliquid illustri-
tionis, cōsolationis, vel desolatio-
nis, acceperim. Subdetur etiā col-
loquium, cum oratione Domini-
ca, ut prius.

Notā.

Notandum: eundē esse repetēdi
exercitij modum, & ordi-
nem, in hac hebdomada, & in se-
quentibus, qui fuit in prima: nisi
quod mutatur materia, eadē for-
ma permanente.

QUARTA CONTEM-

platio, est primæ ac secūdæ
iterata repetitio, pxime pre-
cedenti penitus conformis.

QVINTA CONTEMPLA-

tio, est applicatio sensuum ad præ-
dictas.



*R*est orationē præparato-
riam, cū tribus iā dictis
præludijs, apprime cōdu-
cit, quinq[ue] imaginarios s̄esus, cir-
caprimā, & secūdam contepla-
tione.

tionē, eo, qui sequitur, modo exē-
cere. Prout res subiecta, feret.

PU nctū primū erit: secundum
imaginationē respicere perso-
nas omnes, & notatis, quæ circu-
eas occurrent, circumstantijs, vi-
litatem nostram elicere.

Secundū: velut audiendo, quid
loquātur, aut loqui eas deceat,
omnia in usum nostrū attrahere.

Tertiū: Interiore quoddā gustū
& olfactū sentire, qualitas
suauitas, & dulcedo animæ, diui-
nis donis, ac virtutibus imbuta
iuxta rationem personæ quam
consideramus, adaptando nobis ea,
quæ fructum aliquem adferre
possint.

Qua-

Quartū: per internū tactū at-
trectare, ac deosculari vesti-
mēta, loca, vestigia ceteraq; per-
sonis talibus cōiuncta: Unde fiat
nobis devotionis, vel boni cuiusli-
bet spiritualis, maior accessio.

Hic erit contemplationi, per
colloquium imponendus fi-
nis, sicut prioribus, adiecto itide
Pater noster.

NO T A N D A I N S V-
per sunt hæc quinque.

Primū: quod tam in hac, quam
in qualibet sequente hebdoma-
da, nullum debeo legere, vel cogi-
tare aliud mysterium: nisi quod
eadem hora, aut die consideran-
dum sit: cum alioquin, unum al-

Hteri

teri obturbet.

Secundū: quòd primū de incarnatione Christi exercitiū, fit media nocte, proximum dilucido, tertium, circa horam Missæ, quartum, sub vesperas, quintum, paulò ante cœnam: & eorū cuiusbet spatium impēdetur vnius horæ. Id quod abhinc deinceps, ubi que venit obseruandum.

Tertium: quòd si is, qui exercitatur, sit senex, vel valetudinarius, vel per hebdomadā primi viribus attritus, præstat eum aliis quoties non surgere de nocte, sed tres tantum cōtemplationes per agere, in aurora, circa Missatę, & ante prandium: superad-

dita

dita circa vesperas vna repetitio-ne, & sensuum applicatione, ante cœnam.

Quartū: quòd in hac hebdomada secunda, ex decem additionibus in prima traditis, variari debet secunda, sexta, & septima, cū decima ex parte. In secunda quidē hoc mutatur, quòd simul atq; excitor à somno, meditationem proximè instatē, debet menti obijcere, ac desideriis provocare, cognoscendi clarius incarnati aeterni Verbi, ut ipsi seruiam & adhærefcam tanto propensiūs, quanto incredibiliorē erga me bonitatem eius perfexero.

H 2

In

In sexta vero: ut frequenti versem memoria, vitam Christi a temporis incarnationis ad locum usque, sive mysterium, de quo in praesenti die, vel hora sum meditaturus.

In septima: ut luce, vel obscuritate, sereno celo, vel turbido delecter, quatenus ad scopum refert, desiderata rei, pertinendum.

In decima: ut ita me geram, sicut exigere videtur mysterij contemplandi genus: cum nonnulla ex mysterijs, poenitentiam requirant, alia non item. Decem igitur additionibus utendu erit circumspecte.

Quin.

Quintum est ultimò notandum: quod in omnibus aliarum horarum (præterquam noctis mediae, & auroræ) exercitijs, assumendum erit aliquid, quod secundæ, & tertiac additioni equivalent, hunc in modum: ubi primum in mentem venier, ad esse meditandi horam, priusquam accedam, profficiam eminus, quod ferar, & coram quo sim apparaturus: ac trans cursu obiter exercitijs oblati parte, contemplatione statim auspicio bor.

H 3 IN

IN SECUNDA DIE
Argumentum primæ, & se-
cundæ contemplationis e-
rit, Christi præsentatio intè
plo, de qua infra, pag. 202, &
fuga in AEgyptum, de qua,
pag. 203.

Super duabus his conté-
plationibus fiet repeti-
tio duplex, & sensuum
applicatio, ut suprà.

Notandum, quòd expedit non
nunquam eum, qui exer-
catur, quamuis & vigore animi,
& corporis robore, sit præditus,
nō nihil tamen remittere de pre-
scriptis exercitijs, secundæ huic
hebdomadæ, et subsequentiū da-

rum

rū: ut affequi, quod cupit, cōmo-
dius valeat: accepta solūmodo cō-
templatione una in crepusculo ma-
tutino, & altera circa Missæ tē-
pus: quarum repetitionem faciat
hora vespérarum, et sub cœnam,
quinque imaginationis sensus, su-
per iſdem exerceat.

De verò tertia meditandū oc-
curret: quo pacto puer Iesus
apud Nazareth subditus erat pa-
rentibus ut habetur, pag. 204.
Deinde, quomodo ab eis repertus
fuerit in templo, pag. 205. Fient
item duas repetitiones, cum sen-
suum applicatione.

H 4 PRAE-

P R A E L V D I V M
quoddam, circa considera-
tionem statuum, seu generu-
vitæ diuersorum.



*V*m supra proposita
fuerit exemplum Chri-
sti, de vita genere,
quod in mandatorum
Dei obseruatione consistit, &
primus seu communis status ap-
pellatur, nunc idem ipse Dominus,
dum parentibus suis fuisse subdi-
tus memoratur, formam videtur
exhibere, alterius, seu secundi sta-
tus, pendentis ab obedientia, &
perfectionem Euangelicam affi-
rentis: quando videlicet, in tem-
plum

plum se contulit, patre adscitio,
& naturali Matre derelictis, &
eterni Patris obsequio vacaret.
Quare opportunum hic erit, nos
quoque illius vitam contemplan-
tes vestigare, & efflagitare pro-
prium vitæ genus, in quo maiesta-
ti sue nos seruire malit.

Ad hoc igitur inquirendum,
possimus introduci per sequens
proxime exercitium, ad Christi
metem attentes, collata cum
opposita inimici. Discemus etiam
exinde, qua sit nobis opus disposi-
tionè, ut perfecti in eo euadamus
statu, quemcunque bonitas diui-
na eligendum nobis suggesterit.

H 5 QVAR-

Q V A R T A D I E
fiet meditatio de duobus ve-
xillis: uno quidē Iesu Chri-
sti, optimi nostri Imperato-
ris: altero vero Luciferi, ho-
stis hominū capitalissimi.

O Ratio præparatoria fit secū-
dum morem.

Praeludium primum: erit histo-
rica quædam cōsideratio Chri-
sti, ex una parte, & ex altera Lu-
ciferi, quorum uterque, omnes ho-
mines ad se vocat, sub vexillo suo
congregandos.

Secundū est ad constructionem
loci: ut representetur nobiscā-
pus amplissimus, circa Hierosolymā:
in quo Domin⁹ Iesus Christ⁹,

tan-

tanquam bonorū hominū omniū
summus Dux, aſiſtar: Rursum
alter campus in Babylonie: ubiſe
Lucifer, malorum, & aduersa-
riorum ducem exhibeat.

Tertium: ad gratiam petendā
illud erit: ut poscamus explo-
ratus habere fraudes mali Ducis,
inuocata ſimul diuina ope, ad eas
vitandas: veri autē, optimiq; Im-
peratoris Christi, agnoscere mo-
res ingenuos, ac per gratiam imi-
tari poſſe.

Puertū primum eſt: imaginari
corā oculis meis, apud capū Ba-
bylonicū, ducē impiorū in cathe-
dra ignea, & fumosa ſedere, hor-
ribilem figurā, vultuq; terribile.

Secundum est: aduertere, quoniam modò cōvocatos dæmones in numeros, per totum orbem spargit ad nocendum: nullis ciuitatisibus, & locis, nullis personarū generibus, immunibus relictis.

Tertiū: attendere cuiusmodi cōcione habeat, ad ministros suos, quos instigat, ut correpiat, injectisq; laqueis, & catenis, homines primum trahant (quod fere contingit) ad cupiditatem diuitiarum: unde postea facilius in mundani honoris ambitionem ac demum in superbia barathrum deturbari queant.

Atq; ita tres sunt præcipuites rationū gradus, in diuitijs, hono-

ribus, & superbia fundati: ex quibus in alia vitiorum genera omnia, præceps fit decursus.

Similiter ex opposito, considerandum est summus optimusq; noster Dux, & Imperator Christus.

Punctum primum erit: consipicari Christum, in ameno campo iuxta Hierosolymam, humili quidem constitutum loco: sed valde speciosum forma, & aspectu summe amabilem.

Secundum autem est: speculari quo pacto ipse mundi Dominus universi, electos Apostolos, discipulos, et ministros alios, per orbem mittat, qui omni hominum generi, statui, & conditio-

ni,

ni, doctrinam sacram, ac salutis.
feram impartiant.

Tertium, auscultare concionem
Christi exhortatoriam, ad
seruos & amicos suos omnes, in
opus tale destinatos, qua eis pra-
cipit: ut iuvare studeant quemlibet:
ac primò inducendum est
ad spiritualem affectum pauper-
tatis: & insuper (si diuini obser-
qui ratio, et electio cœlestis eofe-
rat) ad sectandam actum ipso ve-
ram paupertate: deinde ut ad op-
probris, contemptusque desideri
alliciant. Vnde humilitatis virtus
enascitur. Et ita tres consurgunt
perfectionis gradus: videlicet
paupertas, abiectionis sui, atque hu-

mili-

militas, quæ ex diametro diuitijs,
honori, & superbia opponuntur,
ac virtutes omnes statim introdu-
cunt.

Colloquij postea formandum
erit, ad Virginem beatam,
implorandaque est per eam à Filio
gratia, ut recipi possim. & mane
re sub vexillo eius: Idq; primū,
per spiritualem tantum pauper-
tatem, aut etiam in rerum expo-
liatione sita (siquidem ad eam me
vocare, atque admittere dignabitur)
deinde per abiectionē quo-
que, seu ignominiam, ut ipsum
imiter vicinius, deprecando tamen
culpam aliorum: ne contemptus
mei, tam in alicuius detrimen-
tum,

*tū, quām in offendam Dei cedat,
Terminabitur primū hoc colo-
loquium, per Ave Maria.
Ecundum colloquiū, ad Chri-
stum hominem dirigitur: n
mihi à Patre impetrat illud idem:
Subdeturque in fine oratio: Ani-
ma Christi.*

*Tertiu ad Patrem, vt annua
petitioni, cum Pater noster.
Transigetur hoc exercitium
semel in media nocte, & al-
tera vice sub auroram.
Repetitiones verò duæ, circa ma-
tutini sacri, atq; vesperarū tem-
pus, erunt facienda: additis in-
fine tribus colloquijs. Sequens ven-
exercitium fiet ante cenan.*

MEDI

M E D I T A T I O E O-
dem quarto die facienda, de
tribus hominum classibus,
seu differētiis, vt potissimā
partem amplectamur.

O Ratio preparatoria, vt
semper antehac.

P Relidum primum
fiat, propositis vice
historie, tribus hominum clas-
ibus distinctis: quarum unaquæq;
decem millia ducatorum, alio,
quām diuini cultus & amoris stu-
dio, sibi parauerit: nunc autē pla-
catum habere Deū, & salua fieri
exoptet, sublato vecunque noxiō
affectu rerum, vt potē salutis im-
pedimento.

I Secun-

Secundū est: loci cuiusdā im-
ginaria cōstructio, in quo nī
deām meipsum, coram Deo San-
ctis que omnibus, cū desiderio ad-
stantem, atque perseverantē, quo
nam pacto ipſi Deo placere qua
potissimum.

Tertiū est: optat& rei petitio,
nimirum gratia, per quā id
eligam, quod & Deo acceptissi-
mum, & mihi saluberrimum fu-
turum sit.

Prima igitur classis optat qui-
dem acquisitae rei excuere af-
fectum, ut conciliari Deo possit;
sed media, debitaque adminicu-
la, toto vītā tempore non admo-
uet.

Secunda

Secunda itidē affectū male or-
dinatū auferre cupit: sed rem
interim mordicus tenere, ac Deu-
potius trahere ad votum propriū,
quām relicto impedimento, per
cōducibiliorem statum ad illum
tendere.

Tertia postremò affectum in
sincerum volens abīcere, rē
ipsam attollere, vel tenere aequē
parata est, prout ad diuinum cul-
tum commodiū fore, vel ex di-
uino instinctu, vel ex rationis
dictamine animaduerterit: Ac,
interim oīa relinquens integrā
illud tūtū versat, et inquirit, nec
aliā admittit relinquendæ ad
retinendæ rei acquisitæ causam,

12 pre-

132

præter ratione ac desideriu^m diuinæ gloriæ: ut quam maxima sit.

Colloquia tria subsequentur,

Vt nuper facta sunt de verillis.

Notandum adhæc: quod ubi affectū sentimus paupertati perfectæ (quæcum in spiritu, tum in rerum abdicatione subsistit) aduersantem, & ad diuitias magis inclinantem: multum cōfert, ad eū elidendum, petere ex Deo, licet renidente carne, ut ad paupertatem eiusmodi se etiā nos eligat: seruabimus tamen interēs desiderij nostrī libertatēm, qualiterat conuenientiorem seruitio diuino, viam inuadere.

QVIN.

133

Q V I N T A D I E, SE-
quetur cōtemplatio de Do-
mini trāsitu, à Nazareth ad
Iordanem fluuium, deq; e-
ius baptismo. pag. 206.

Iet tā media nocte, quām primo mane. Bis præter-
ea repetetur circa Missā
ac vespérarum horam. Ante cæ-
nam applicabuntur quinque sen-
sus. Adhæc quodlibet horū quin-
que exercitiorum, præcedet ora-
tio præparatoria, cum tribus præ-
ludijs, ut in superioribus de incar-
natione, & nativitate traditum
est. Necnon adiectis tribus collo-
quijs, ut circa classes, vel iuxta
id, quod ibi fuit subnotatum.

I 3 Exa-

Examen autem particulares
prandio & cena vstatu, fuit
hic, & in sequentibus, de erratis
ac negligentijs, quæ circa proprias
eius diei meditationes, & addi-
tiones contigerunt.

Sexta deinceps die, contempla-
dum se offert: quomodo Christi
filius Iesus à flumine Jordani p-
tierit desertum, ibique versam-
sit. Seruata omnino exercitiū die
quintæ forma, pag. 206.

Septima: Quomodo beat⁹ An-
dreas, et alijs successorē Christi
secuti sunt, ut dicetur, pag. 207.

Octaua: quomodo sermonē
cit Dominus in monte, oī
beatitudinis modos differē, pag.
210.

Nona

Nona: quomodo nautigatibus
discipulis se ostendit, ambu-
lans super aquas maris, pag. 212.

Decima: quomodo in templo
docuit, pag. 219.

Vndecima: de Lazari susci-
tatione, pag. 217.

Dodecima: de gestis in die
palmarum, pag. 218.

Notanda hoc loco sunt hæc tria:

Primò: quòd in hac secunda heb-
domada iuxta temporis faculta-
tem, & utilitatem personæ sese
exercentis, possunt aliquot medi-
tationes vel adiici, ut de mysterijs
visitationis, pastorum, circum-
cisionis, & trium Regū, vel sub-
strahi ex suprapositus: quippe, quæ

I 4 pro

pro introductione tantum detinuntur, ad formandam melius contemplationem.

Secundò: quòd inchoanda est electionum discussio, à contemplatione recessus Christi, ex Nazareth Iordanem versus, usque ad eam, quæ fit quinto die, simul comprehendendam.

Tertiò: quòd antequam electionū materiam aggredimur: ut ad capessendā germanā Christi doctrinā, affectū nostrū disponamus, apprimē iuvat considerare, ac per diē totum reuelare identidem, tres sequentes modos humilitatis: nec non colloquia dicenda crebro agitare.

P.M.

Primus humilitatis modus hic est, ad salutem necessarius: ut me penitus subdam diuinæ legi obseruandæ: utque ne mundi quietem totius oblato mihi dominio, vel extremo vitæ discrimine objecto, transgrediar ex deliberato, mandatum ullum diuinum, aut humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo, nos obliget.

Secundus maioris est perfectionis: ut fixo animo ad diuitias, paupertatem: honorem, ignominiam: breuitatem vitæ, ac longitudinem, & quæ sim propensus, ubi equalis est diuinæ laudis, & salutis mee occasio. Utque, nulla, vel humanæ quantæcumque facil-

I 5 citas

citatis, vel propriæ mortis conditio
ne proposita, adducar vñquam,
vt culpam, licet veniale tantum,
decernam admittere.

Tertius: est mod⁹ humilitatis
absolutissimæ: vt priores du-
os iam adeptus, etiam si nullo su-
peraddito, laus Dei par foret, ad
maiores tamen imitatione Chri-
sti, eligam potius cum eo paupe-
re, sacerdo, & illuso pauperie con-
temptum, & insipientia titulum
amplecti: quam opes, honores,
& sapientia estimationē. Porro
ad gradum hunc humilitatis at-
tingendum, magnum adferet co-
pendium, triplicis colloquij pra-
cedentis de vexillis vsus: per quod

Sub-

supliciter poscamus (si diuinæ
placeat benignitati) ad tale per-
duci electionem, siue maior, siue
equalis obsequij mei erga Deū, et
gloria diuinæ prouentus subsit.

P R A E L V D I V M A D
electionem faciendam.

AD bene quipiam eligēdum,
Anostræ sunt partes, vt oculo
puro ac simplici spectemus, quor-
um fuerimus creati: nimis ad
laudem Dei, & salutem nostrā:
quapropter eligenda sunt ea tan-
tum, que conducunt ad dictum
finem, cūm vbiique, fini medium,
non medio finis habeat subordi-
nari: vnde errant, qui uxore du-
cere primitus, aut Ecclesiasticum

munus,

munus, seu beneficiū adipisci sta-
tuunt, atq; ita demum Deo postea
inseruire, utentes præpostere fine
ac medio, nec ad Deū tendētes re-
Etā, sed obliquè ipsum, ad peruer-
sa vota sua pertrahere conantes.
Atqui ē contrario planè agēdūm
est: proposito primū diuino cul-
tu, tanquam fine nostrō, & elec-
tō deinceps coniugio, vel sacer-
dotio, ceterisque rebus omnibus,
quatenus expedit, ad præfixū fi-
nem ordinatis. Idcirco nihil mo-
uere nos debet, ad medijs quibus-
uis vtendum, aut super sedēdūm,
nisi habita imprimis tam diuina
laudis, quam nostræ salutis certa
ratione.

IN.

I N T R O D V C T I O,
ad eligendarum rerum no-
titiam, complectēs quatuor
puncta, & annotatiuncu-
lam vnam.

P Rimum punctū est: quod
res omnes, quæ sub electionē
cadunt, necessariō bonæ esse de-
bent, ex seipsis, aut certè non ma-
le, nec nisi consona institutis or-
thodoxæ Matris Ecclesie.

S Ecūdūm: quod genera duo re-
rum electioni quadrat: Nam
quarundam electio immutabilis
est, ut ordinis sacerdotalis, & ma-
trimoniū: aliarū verò mutari po-
test: sicut reddituum ecclesiasti-
corū, vel secularium, quos recipi
&

& relinqu ex causa, fas est.

Tertius, quod circa ea, de quibus facta iam sit electio immutabilis, nihil superest eligendum. Sed aduertendum est, quod si quis improuide, nec sine oblique affectibus aliquid elegit, quod non liceat retractare, reliquum est, ubi eum cuperit penitere facti, electionis damnum probitate vita, & operum solertia pensare: resiliere autem nullo pacto decet: quoniam electione istiusmodi non videatur vocatio divina esse, utpote obliqua, atque inconsulta: qua in re non pauci errant, electionem malam, & obliquam pro divina vocatione reputantes.

cum

cum haec semper pura & clara sit, non carnali ullo affectu, vel studio peruerso mixta.

Quartum: quod, si quis debito modo & ordine, absque carnali mundanoque affectu, quippeiam elegit, quod mutari possit, non est cur violet electionem talem: sed potius, ut in ea magis ac magis proficiat, admitti debet.

Notandum autem est: quod si electione rerum huiusmodi mutabilem, non ita recte, atque sincere processerit: eam expedit corrigere, ut fructus uberior, et Deo gratiior produci possit.

DE

DE TEMPORE TRI-
plici, ad electiones recte fa-
ciendas magis opportuno.

Tempus primum erit: quando
voluntatem diuina virtus sic
impellit, ut omnis dubitatio, in modo
etiam dubitandi facultas anima
sublata sit, quo minus sequatur
impulsionem talem: sicut legitur
beato Paulo, & Matthæo, &c.
lijs nonnullis, vocate Christo, ac-
cidisse.

Secundum est: quoties satis cla-
rum compertumque sit beneplac-
titum diuinum, docente id aliquo
consolationum, desolationum, vel
diuersorum spirituum prævio ex-
perimento.

Terium

Tertiū est: quando per animi
tranquillitatē aliquis cōside-
rato fine, ad quē conditus est (ad
Dei gloriam scilicet & salutem
suam) eligit certum Vitae genus,
intra Ecclesie catholicæ limites
cōstitutum, per quod, cen mediū,
commodius securiusque ad suum
finem tendat.

Porro tranquillitas ea tunc nosci-
tur adesse, quotiescunque anima
nullis agitata varijs spiritibus, vi-
res naturales suas liberè exercet.
Itaque, nisi primi, vel secundi tem-
poris beneficio, electio contingat,
superest ad tertium recursus, duo-
bus modis sequentibus distinctū.

K. MO-

M O D V S P R I O R,
sanæ, bonæq; electionis fa-
ciendæ, sex constans pūctis.

P V nētum primum: erit profer-
re in medium rem deliberan-
dam, vt de officio, vel beneficio,
acceptandum ne, an potius reij-
ciendum sit, & ita de ceteris re-
bus, que ad mutabilem electioni
spectant.

S ecundū est: adducto ante ocs
los, creationis meæ fine in hoc
consistentे, vt cum Dei laude sal-
uus fiam: in neutrām declinare
partem, amplectendæ vel repu-
diandæ rei controuersæ: quin po-
tiū velut in medio quodam in-
terficitio, & aequilibrio subsisten-

parato

parato interim animō, vt in eam
ilico partē totus ferar, quam no-
nō ero diuinæ glorie, et saluti meæ
fore aptiorem.

Tertiū: obsecrare Dei clemen-
tiā, vt dignetur mētē instrue-
re, & impellere volūtate, quoēq;
potius mihi tēdendū sit: adhibito
nihilo seciūs, pio, fideliq; intelle-
ctus mei ratiocinio: per quod ap-
prahensa, & probata Dei volun-
tate, ad electionem ferar.

Quartum: perpendere quot
tandem commoda, vel
adminicula, mihi ad finem mei
prosequendum accident, ex ta-
li officio, vel beneficio susce-
pto: quo rursum ex eodem incō-

K 2 mode

moda & pericula impēdēt. Præterea, quot per oppositum omīso illo, tam commoda & adminicula, quām discrimina, & damna possum expectare.

Quintum: his præmis̄is, ratio cinari in utrāque partem: & iuxta ipsius rationis dictamen, seposito carnis appetitu omni, electionem concludere.

Sextum: Electione facta adorandum citò profilire, & illa offerre Deo, perfectè demum, si ei placeat, recipiendam & stabilendam.

MODVS

MODVS POST E-
rior bene eligendi, in regu-
las quatuor, & adnotatio-
nē vnam distributus.

Regula prima est: quod cum oporteat per affectionem, ex Dei amore & iustis infusum, fieri electionem, eligentem conuenit persentiscreare in seipso, quod quicquid affectionis (sive multum sive modicum sit) ergarem electam tenet, ex solius Dei amore, & intuitu proficiatur.

Secunda: est considerare, si quis mihi vir amicissimus, cui nihil non perfectionis inesse cupia, occurreret dubius super electione

K 3 hu-

huiusmodi, quidnā ego illi decer-
nēdū maximē, essem cōsulturus;
Quo animaduerso, agendum
mīhi ducam, vt suaderem alteri.

Tertia: mecum insuper repu-
tare, si mors ingrueret, quem
me mallem obseruasse modum,
in presenti deliberatione. Iuxta
hunc igitur, eligendum nūc esse
facile intelligam.

Quarta: prospicere nō minus,
quando pro tribunali sītar
indicandus, quo me consilio hac
in re vsum esse velle: Quo agni-
to nūc viar, vt eo tempore ma-
gis sim securus.

Adnotandum est postremo:
quod hisce regulis quatuor
propter

propter salutē mēā, et animi que-
rē, accuratē seruatis, debeo iuxta
ultimo punctū modi præcedētis,
electionem ipsam diffinere, &
offerre Deo comprobandam.

DE E M E N D A T I O N E, S E V
reformatione, circa vitæ statum cui-
uis facienda.

JN primis illud est aduertendū:
quod si quis vel matrimonio,
vel officio dignitatis ecclesiasticæ
sit adstrict⁹ (de temporaliū verò bo-
norum quantitate magna ac par-
ua sit non refert) vnde ipsi non
varet, aut parum libeat circa mu-
tabilium rerum electiones ver-
sari, operæ pretium est, earum
loco, methodum ei tradi, seu for-
mulā aliquam, ex qua vitā sui, ec-

K 4 star

statum propriū poſſit emendare.
Debet igitur, quiſquis eiusmo
di conditionem ſortitus eſt,
ut fine creationis, & vita ſuare.
Etē ſtatuat, ac ſequatur, per exer-
cita ſupra dicta, & electionum
modos attendere, atque ruminan-
do ſedulo colligere, quam amplā
domum & familiam, & quin ſi
ſe habere: quibus eam modis tra-
Etare, & administrare conueniat:
quibus instruere verbis, & exem-
plis: quantum præterea de poſſeſ-
ſis facultatibus ſumptum facere
liceat, in viſus proprios, ſive dome-
ſticos: quid rurſum pauperibus
erogare, vel impendere pijs operi-
bus deceat: nihil affectando aliud,

nec

nec querēdo, niſi quod honorem
Dei, & ſalutē ſuam präſtet. Hoc
enim vnuſ quiſque per uiaſum ha-
beat, tantū ſe in ſtudijs ſpiritu-
libus promotorum eſſe, quantum
ab amore ſui ipſius, & commodi
proprij affectione, ſeſe abſtraxe-
rit.

TER TIA HEBDO- MADA.

PRIMA CONTEMPLATIO
fit media nocte: & continet orationē
preparatoriam, tria præludia, ſex pū-
cta, cum uno colloquio.



Ratio preparatoria
eadem, quæ ſemper.

Praeludium primū
ſumitur, ex hifto

K 5 ridi

ria: Quomodo Christus à Bethanía misit Hierosolymam discipulos duos, ad parandam canit: quòd ipse cum reliquis deinde profectus est: Ibique, post agni Paschalis eum, & peractam canit, pedes lauit omnibus, & sacrosanctum corpus, ac sanguinem suū largitus est. Postremo, sermone ad eos habuit, post discessum Iudei, ipsum vendituri.

Secundū: ex compositione loci considerando dictum iter afferrum, aut lene, breue, aut longum, cum ceteris, que ineffe poterant, circumstantijs. Deinceps conspicuus locum canit amplum, vel angustum, vitem, vel ornatum: &

con-

consimilia.

Tertiū: ex optatae rei petitione: scilicet doloris, indignationis, & cōfusionis: eo quod, ob peccata mea, summus omniū Dominus, tantis se tormentis ita objiciat.

Punctum primum: erit respi-
cere canentes, & aliquid in
ysum meum adducere.

Secondū: eosdem audire, quid
loquuntur, & fructum inde
decerpere.

Tertiū: attendere, quid agant,
& per omnia proficere.

Quartum: aduertere, quid ita
inde Christus pati appetat,
& incipiat, iuxta historiam:

vnde

*Vnde incipiam & ipse, dolorem,
mœstiam, & fletum mihi exci-
tare: meque affligam similiter in
subsequentibus.*

Quintum: meditari, quo sepa-
cto, abscōdens Christi Dīni
nitas, aduersarios suos, cū va-
leat, non perdat: sed poenas adeò
crudeles, pati finat Humanitatē,

Sextum: cogitare, cūm talia fe-
rat pro peccatis meis, quid age
re debeam, aut pati eius causa.

Colloquium ad Christū fiet,
terminandum cum Pater
noster.

In colloquijs est notandum (&
suprà ex parte id exposuimus)
quòd agere conuenit, & aliquid
petere,

*petere, iuxta præfētis rei rationē:
videlicet, prout sentio in me cōso-
lationē, vel perturbationē: prout
virtutē vnam, vel alterā expeto:
prout in hanc, vel illam partē de-
me statuere intendo: prout etiam
de re, quam contemplor, tristari
volo, vel lātari. Denique postulā-
dum erit illud, quod circa rē cer-
tam aliquam, maximē desidero:
& vnum duntaxat colloquium
poterit cōfici ad Christū Domi-
num: vel triplex, si deuotio insti-
get, nempe ad Matrem, Filium,
& Patrem: sicut traditum est in
contemplatione secundæ hebdo-
madæ, de tribus classib⁹, cum se-
quente illic annotatione.*

SECVN-

SECVNDA CON.
templatio in aurora, de re-
bus à Christo post cænam,
& in horto gestis.

O Ratio preparatoria consue-
ta semper.

Præludium primum: est iuxta
historiam: Quomodo Iesus
Christus, vnde cum undecim suis
apostolis, descendit ex monte Syo,
vbi fuerant cænati, & transiens
per vallem Iosaphat, relictus ibi
ex illis, octo, alijs vero tribus, in
horti parte, seorsum ipse digne-
dies, oravit, ad sudorem vsq; san-
guineum, iterata iam ter eadem
ad Patrem suum oratioe: Postea

exch.

excitis discipulis à somno: pro-
stratis ad solā vocem cū Iuda, per
osculum prodente, aduersarijs:
restituta deinceps, quam ampu-
tauerat Petrus, Malchi auricula:
comprehensus tandem est, quasi
nefarius, aut latro quispiam, &
per vallem illam, ad Annæ domū
primò tractus.

Secundū est: pro construēdo lo-
co, viam intueri declinē, pla-
nam, & arduam. Item hortū cer-
ta magnitudine, figura, & habi-
tudine depingendum.

Tertium: pro voti cōsecutio-
ne, poscere mœrorem, plan-
etum, anxietatem, & ceteras id
genius penas interiores, ut Chri-
sto,

sto, patienti pro me compatiar;
Notādā simul hæc quatuor.
Primum: quòd post præpara-
toriam orationem, cū tribus
præludijs, secundi huius exerci-
tij, eodem modo, & ordine proce-
dendum est per puncta, & per
colloquium, ut in præcedente, de
cena, peractum est. Adijcienda
quoque erunt, circa Missa, & re-
sperarum tempus, duas repetitio-
nes super vna, & altera dicta co-
templatione. Ante cenam vero,
applicabuntur quinque sensu,
præmissa ubique oratione præpa-
ratoria, cū tribus præludijs, obla-
tæ materiæ congruetibus: quem-
admodum in hebdomada secunda,

satu

satis descriptum est.
Secundum: quòd habita etatis,
complexionis corporalis, ac
dispositionis totius ratione, vel
quinque, vel pauciora exercitia,
diebus singulis implebuntur.
Tertiū: quòd in hac tertia heb-
domada, mutādā sunt expar-
te, additio secunda & sexta, si-
quidē (quòd ad secundam spectat)
vbi fuero expperctus, præcogi-
tans quò tendam, & instantem
contemplationem paululum de-
libās, interim dum surgo, & ac-
cingor, adnitar simul ad tristitia,
& dolorē, de tot, ac tantis Christi
poenit, meipsum acriter incitare.
Quoad sextam vero, suffugiam
L potius,

potius, quam querā, aut admittā,
incundas cogitationes, licet alio-
qui utiles, & sanetas: ut sunt de
resurrectione Christi, & gloria.
Pro quibus in meditāda eius pa-
ssione, angores ac pœnas hauriā,
ex frequenti eorum recordatio-
ne, quæ ab hora suæ nativitatis,
ad exitum usque vitæ hanc, ipse
perpessus est.

Quartū: quid exame particu-
lare, circa tam exercitiōrum,
quam additionum functionem,
fiet ad eundem modum, ut in heb-
domada precedente.

In secunda autē die, contepla-
tio alia succedet, noctu transfi-
genda, de gestis in domo Anne,

ut narratur, pag. 222. Sub aurorā
verò de seculis rebus in domo Cai-
phe, pag. 223. Deinde repetitiōes,
& usus sensuum, velut prius.

In tertia die: contēplabimur per
noctem medium: quomodo du-
ctus est ad Pilatum Christus: &
quid ibi actū, ut dicetur pag. 224.
Diluculō verò, de ijs quæ gesta
sunt, trāsmisso Christo ad Herodem,
pag. 225. Subdetur repeti-
tionum, & sensuum consuetus
us.

Die quarta: meditatio noctur-
na percurret historiam de
reditu ab Herode, usq; ad mediā
partē mysteriorū, que apud Pila-
tum secura sunt: reliquam verò

L 2 par-

partem, circa lucem primam pro sequemur. De repetitionibus quo que, & sensibus, pro consuetudine sit agendum.

Die quinta, sub noctis medium de progressu ipso passionis contemplabimur, à sententia Pilati usque ad crucifixionem. Sub aurora deinceps, ab elevatione crucis, ad Christi usque expiracionem, de quibus, pag. 227. Repetitiones, & sensuum exercitatio, ut supra.

Die sexta noctu: quomodo mortuus Dominus, sublatu de cruce, & ad monumentum delatus est, pag. 228. Primo mane: ex quo sepultus fuit, donec

Beata

Beata Virgo in domum aliquę se recepit, pag. eadem.

Die septima: inter noctu & mane passionē totā revolu- mus. Postea repetitionum, & sen- su vice, per diem totū considera- bimus, quām licebit frequentissi- mē: quo pactō sancti simū Iesu Christi corpus, remanserit ab ani- maeiunctum: & vbinam; aut quomodo sepultū. Itē quæ fuerit beate Mariæ Matris solitudo, de- solatio qualis, & quāta afflictio. Quād acerbis quoque discipulo- rum mœror extiterit.

Svnotandū est: quod si cui li- beat, meditāde Christi paſſio- ni, diutius instare, contemplationes

L 3 sin-

singulas, debet absoluere cū paucioribus mysterijs: Ita, ut prima, scilicet cōprehendat cānā: Secunda, lotionē pedū: Tertia, Eucharistia & sancta institutionem: Quarta, sermonem ibi subsecutum: & sic in ceteris agendum.

AD hęc, traiecta tota paſſio-
ne, licebit, proximo post die
iterare eius dimidium, atquere
liquum poſtridie: per endicrurum
totam ſimul.

*E contrario verò, si quis malit
tempus succidere: contempletur de
cāna domini per noctem: de horo
to, in aurora: de Anna domo, cir-
ca Missam: sub vesperas de domo
Caiphæ: de prætorio Pilati, ante
cānā*

*cānam: & ita p̄ergendo, per dies
singulos, diuerſa exercitia quinque
implebuntur: ut pote repeti-
tionum, ac ſenſuum, vſu præter-
miſſo. Transcurſa verò paſſione,
opere preſtum fuerit, eandem ſi-
mul rotam, die unico reuoluere,
ſine in unum tātū exercitium
congeſtam, ſine diſtributā in plura:
prout ſibi fore conducibilius
ille censuerit.*

R E G U L A E A L I-
quot, ad victum recte tem-
perandum.

Prima eſt: quod à pane minus
abſtinendum ſit, quam à re-
liquis alimentis: cum neque

L 4 gulam

gulam adeo irritet, nec ieiunio
æquè obnoxios nos reddat.

Secunda: quod circa potū atten-
denda sit magis abstinentia,
quam circa panem: caute obser-
uando, quæ pro fit mēsura potus,
ut sumatur semper: quæ rursum
noceat, ut tollatur.

Tertia: quod circa pulmenta,
& edulia potissimum, absti-
nētiae ratio versetur: cùm per illa,
tum appetitui ad peccatum, tum
inimico ad tentandum, maior sub-
ministretur occasio: Temperan-
das sunt igitur, vitandi excessus
causa, quod fit dupliciter, dum
vel cibis grossioribus vescimur,
atque assuefcimus, vel dum parci-
deli-

delicatis vtimur.
Quartæ est: quod quanto plus
ademerit (vitato interim valetu-
dinis aduersæ graui periculo) tan-
to celerius mensuram cibi ac po-
tus instam reperiet: Tū quia, hoc
modo melius se disponens, & ob-
nixius tendens ad perfectionem,
sentiet interdum quosdam cogni-
tionis internæ radios, & consola-
torios motus sibi coelitus immis-
sus, ex quibus facile poterit ra-
tionem victus commodiorem di-
scernere: tum quoniam, si quis,
ita abstinendo, se deprehenderit
viribus imbecilliores esse, quam
ut exercitia ipsa spiritualia, per-
L S agere

agere commodè valeat, sic facile aduertet, quam mēsuram virtus, naturæ necessitas requirat.

Quinta: quòd expedit inter comedēdū imaginari, quasi videamus Iesum Christū Domum nostrū vescenter cum suis discipulis, obseruando quemque neat edendi, bibendi, respiciendi, & loquendi modum, eumque ad imitandum nobis proponendo: Vsu veniet enim, vt occupato magis intellectu, circa meditationem talem, quam circa corporalem cibum, discamus facilius virtutem moderari.

Sexta: quòd gratia varietatis, aliae adhiberi possunt meditationes

tiones inter vescendū, vt sunt: de sanctoruī vita: de pia quapiā doctrina: vel de aliquo spirituali negotio agendo, vnde, sic abstracta mente, cibus ipse, & vescēdi dele statio, parum sentiatur.

Septima: quòd cauendū sit præcipue: ne super sumendos cibos, animus quodammodo totus effundatur, & ne audiē vescamur, aut festinē: sed appetitui semper dominantes, tum mensuram virtutis, tum sumēdi modum vna temperemus.

Octava est: quòd plurimum conducit, ad tollendam cibi, potusque immoderantiam, si ante prandium aut cenam, & quando-

cunq; hora nulla esurie sentitur,
prævia deliberatioē, victū proxi-
mè sumendū, diffiniāmus ad mē-
suram certam, quā deinde nulla
vel propria auiditate, vel instig-
tiōe inimici, vñquād exceedam;
sed potius vincenda utriusq; cas-
sa, de illa nonnihil etiam subdu-
camus.

Q V A R T A H E B. D O M A D A.

CONTEMPLATIO PRIMA,
quomodo Iesus Dominus, post resur-
rectionē apparuit sanctae Matris sue,
ut habetur infra, pag. 229.

Q Ratio præparatoria
extra morem.

P Ræludium primum
accipitur ab histo-

ria. Quomodo postquād expira-
uit Domin⁹ i cruce, sepulto corpo-
re sed Diuinitate semper sociato,
ipse in aīa, Diuinitati quoq; con-
tinuē vñita, descendit ad inferos,
creptisq; inde iustorum animab⁹,
rediens ad sepulchrum, corpus cū
anima denuō vniuit, ac resurgēs,
demum apparuit beatæ Virginis
Matri sue viuus, ut piē, ac verisi-
militer credendum est.

SEcundum: pro constructione
loci, speculandum accipiet se-
pulchrisitum, & Beatæ Virginis
domicilium, cuius formam, par-
tes, & reliquam dispositionem,
vñcellulam, & oratorium, sigilla
tim perscrutabimur.

Tertium: continebit gratiam petendam, ut scilicet immēsum Christi ac Matris gaudium, participemus.

Puñctum primū, secundū, ac tertium, eadē hic erunt, que suprà in contemplatione cœnæ fuerunt exposita, id est considerare personas, verba, opera.

Quartum vero: erit animaduertere, quomodo Christi Diuinitas, passionis & moriū tempore abscondita, palam se faciat in resurrectione, ac tot miracula deinceps eluceat.

Quintū: estimare quām prop̄to copiosoq; functus sit Dominus, consolandi suos, officio adhuc.

adhibita consolationis, quæ ab amicissimo quopiam præstari potest, similitudine.

Colloquio uno, vel pluribus iuxta materiam faciendis, terminetur contemplatio, cū Pater noster.

Notandum porrò: quod in sequentibus contemplationibus, seu exercitijs, recēenda erūt per ordinem, mysteria omnia resurrectionis, ascensionisque; & quae sunt intermedia, seruatis vībique ipsisdem formulis, & modis: sicuti per totā illam hebdomadē factū est, in qua passionis mysteria contemplati sumus: & iuxta modum ac exemplum prima huius

huius de resurrectione Domini, meditationis, formædæ sunt sequentes omnes, atq; regulædæ, tam in præludijs (nisi quod hæc reb^o sunt accommodanda) quam in punctis quinq;^z, & additionibus singulis. Pari etiæ ratione circa repetitiones, & sensu operationes, necno in aug^oedo, minu^oedo ue exercitiorum, secundum mysteria, numero, dirigi poterimus, sicut in predicta, meditadæ Christi passionis hebdomada fuimus edocti.

Secundò notandum est: cōuenientia quartæ huic hebdomadæ, quam precedentibus, ut quatuor duntaxat fiant exercitia. Primum, postquam manè surre-

ximus,

ximus. Secundum, circa Missæ temporis, vel paulò ante prandiu, prioris repetitionis loco. Tertium, hora vesperarum, prosecunda repetitione. Quartum, ante cœnam ad motis sensuum officijs, ad imprimendas fortius animæ contemplationes tres, eo die factas signatis obiter, & penitus tractatis partibus, seu locis illis, in quibus motus animi efficaciores, maioremque gustum spiritualem senserimus.

Tertiò: quòd quamuis ei, qui exercitatur, certus prescribitur numerus punctorum, putat ternarius, aut quinarius, liberum tamen ipsi erit in plura vel pau-

M ciord

ciora puncta redigere contemplatione, prout commodius se habere expertus fuerit. Quia in re magnopere innabit, ante ingressum exercitiij, tractanda puncta cominci, & numero certo praefinire.

Quarto deniq; notandum est: quod per quartam hanc hebdomadam, variari debent secunda, sexta, septima, et decima additio-nes. In secunda quidem: ut dum euigi-lo, repente mihi ponam ob oculos, statutam contemplationem, & de gaudio Domini, cum suis, studeat et ipse exhilarescere. In sexta vero: ut memoria mea obiecta ea, que letitiam spiritualem cident, ut cogitatio de gloria. In septima: ut

lucis

lucus & coeli vtar commoditate, que se offeret: puta per tempus vernum, herbarum virantium & florum aspectu, aut aprici loci a-moenitate: per hyemem vero solis, vel ignis opportuno calore: & ita de ceteris corporis atque animi oblectationibus congruis: per quas Creatori & Redemptori meo, co-gaudere queam. In decima: ut loco paenitentiae, temperantia & mediocritate victus contentus sim: nisi quo tempore ieunium, vel abstinentiam Ecclesia indi-xit: cuius preceptis semper obre-perandum est: nisi iustum adsit impedimentum.

CON-

M 2

CONTEMPLATIO,
ad amorem spiritualem in
nobis excitandum.

Imprimis duo notanda sunt: Primum, quod amor ipse ab operibus magis, quam a verbis pendet. Secundum: quod constitutus amor in mutua facultatum, rerum operum communicatione, per scientia diuinarum, honoris, & boni cuiuscunque.

Oratio praemittitur ex more.

Preludium primum est. Ut coram Domino, Angelis Sanctissimis omnibus, mihi propitijs, stare me videam.

Secondum: ut gratiam Dei effugitem, per quam beneficiorum

rum eius, in me collatorum magnitudinem perspiciens, ad amorem, cultum, et seruitum ipsius, totum me impendam.

Ducentum primū sit: revocare in memoriam beneficia creationis, ac redemptionis: dona itidem particularia, seu priuata enumereare: & cum intimo affectu perpendiculariter, quantum mea causa benignissimus Dominus egerit, atque pertulerit: quantum mihi elargitus sit, de thesauris suis: quodque, iuxta diuinum suum decretum, & beneplacitum, seipsum mihi, quantum potest, donare velit. Quibus optimè inspectis, vertar ad meipsum, & disquiram me-

M 3 cum,

en, quæ meæ sint partes, & quid
æquū iustumq; sit, ut diuinæ offe-
ram, & exhibeā maiestati: hand
sanè dubium quin mea omnia of-
ferre debeam, ac meipsum, cum
summo affectu, & verbis huius-
cmodi, vel similibus.

SVscipe Domine vniuersam
meā libertatē. Accipe memo-
riā, intellectū, atque voluntatem
omnē. Quicquid habeo, vel possi-
deo, mihi largitus es: id tibi totū
restituo, ac tuæ prorsus voluntati
trado gubernandum. Amorem
tui solum, cum gratia tua, mihi
dones: & diues sum satis: nec a-
liud quicquam ultrà posco.

Secun-

Secundū erit speculari Deum,
in singulis existentē creaturis
suis: & elementis quidē dantē, ut
sint: plantis verò, ut per vegeta-
tionem quoque vivant: animali-
bus insuper, ut sentiant: homini-
bus postremò, ut simul etiam in-
telligat. Inter quos accepi & ip-
se, vniuersa hæc beneficia, esse, vi-
vere, sentire, ac intelligere, meque
templū quoddam suū efficere vo-
luit, ad imaginem suam & simi-
litudinem creatum. Ex quorum
omnium admiratione, reflexus
in meipsum, agam ut in primo
puncto, vel melius si quid occur-
rerit: id quod in punctis etiam se-
quentibus, erit factitandum.

M 4 T er

Tertium est: cōsiderare cūdē
Deum, ac Dominū, propter
me, in creaturis suis operantem,
et laborantem quodammodo:
quatenus dat ip̄sis, conservatique
id quod sunt, habent, possunt, at-
que agunt: Quā omnia, ut supra,
in mei considerationem reflecti-
da erunt.

Quartum: prospicere quo pa-
cto munera, et bona omnia
cælitus descendunt, vt sunt poten-
tia, iustitia, bonitas, scientia, et
alia qualibet humana perfectio,
terminis quibusdam certis circu-
scripta: quae ab infinito illo, totius
boni thesauro, sicut lumen à sole,
et ex fonte aqua, derinantur.

Ad-

Addēda supereft reflexio prædi-
cta, in mei circunſectionēm.

Colloquium etiā in fine fiet,
terminandum cum Pater
noster.

M O D I T R E S orandi.

Ritus orandi mo-
dus, deducendus est
ex mandatis, ex pec-
catis septem morta-
libus, ex tribus animæ potentijs,
et ex quinque sensibus confide-
ratis: unde non tam habet oratio-
nis formam, quam exercitij cu-
isdam spiritualis: per quod et
anima inuatur, et oratio Deo red-
ditur acceptior. Prius itaq; quam

M 5 hoc

hoc orem modo, iuxta illud, quod
tertia additioni equipolleat, sede-
bo, vel deambulabo paulisper (pro-
ut ad animæ quietem facere vide-
ro) pensans apud me, quò mīhi
accedendum sit, & quid facien-
dum. Hoc idem additionis genus
ad omnem orandi modum pre-
mitti debet.

O Ratio præparatoria, gratia
contineat postulationem, n
mīhi detur agnoscere, quicquid
deliquerō, aduersus decalogi pre-
cepta: meque in posterum emen-
dare, intellectis illis exactius: &
(ut par est) ad Dei gloriam &
lūtem meam solito cautius obser-
vatis:

Primo ergo, mandatū, quodli-
bet, ordine discussiam, atten-
des, quo pæctō seruauerim illud,
aut violauerim: deque succurre-
tibus in memoriam delictis, ve-
niām precabor, recitando semel
Pater noster. Porrò in excutien-
dis singulis preceptis, satis fuerit
insumi spatiū temporis, quo ter
posset oratio Dominica percurri.
Notandum tamen, quod circa pæ-
ceptum, cuius prævaricatio ra-
rior nobis accideret, minus im-
moranđum esset, at eò amplius,
quò lapsus fuerit ex assuetudine
frequentior: idque similiter, cir-
ca mortalia peccata, sit præstan-
dum.

Completo de præceptis singulis discursu, post mei accusatione, & gratia imploratione, ut ea vigilantiū deinceps custodiā colloquium dirigam ad Deū, iuxta rei occasionem.

Secundō: simile orationis modus prosequemur, circa mortalia peccata, post additionem & preparatoriam orationem, sicut fecimus in præceptis. Nihil enim tropique varium occurrit: nisi quod ad materiam attinet cum præcepta quidem seruanda sint, peccata verò deuitanda. Cetera eadē sunt, sicutq; itidem colloquium.

Sciendum est: peccatorum vi-

con-

contrariorum actuum, & habituum considerationem. Quapropter per gratiam diuinam, & piā quamlibet exercitatione, laborandum est uniuicique, ut virtutes si- biparet, mortalibus peccatis se- ptem oppositas.

Tertiō: circa tres animæ potētias: idē sequitur progressus, per additionem, orationē, & dis- cussionem singularum, cum col- loquio ad finem faciendus.

Quartō: circa quinque sensus corporis, nulla re mutata preter materiam. Vbi subnotandum est, quod si quis optet in sen- suum suarū suū, Christū imitari, debet in oratione preparatoria, seipsum

seipsum super hoc, Deo commen-
dare, factaque sensuum singulo-
rum examinationi, Dominica o-
rationem subiçere, si verò simile
affectet, beatæ Virginis Mariae
imitationem, ei se commedet, tā-
quam à Filio id impetratura, &
Salutationem angelicam, dū sen-
sus excutit, identidem recitet.

SECVNDVS ORAN-
di modus ex vocū oratio-
nis singularum, per pensati-
gnificatione.

Ad diitio eadem, quæ superius,
sit prævia.

O Ratio preparatoria perso-
nae congruit, ad quam diri-
gitur.

Secun-

Secundus orandi modus est: vt
flexis genibus vel sedēdo (pro
habitidine corporis, & animi
deuotione) oculis vel clausis, vel
defixis in partem vnam, neque
huc & illuc motis, precationem
Dominica à principio recitemus:
& in prima voce, quæ est, Pater,
meditationis figuramus pedē, qua-
diu circa eam, variæ nobis signi-
ficationes, similitudines, spiritua-
les gustus, & alia commotiones
deuotæ incident: & ita deinceps
per singula, eiusdem, vel alterius
orationis verba, factitabimus.

REGV-

R E G U L A E T R E S,
circa hæc seruanda.

Prima, ut in tali prectionis cu-
tius insumamus, quo expleto Ave
Maria, Credo, Anima Christi, et
Salve Regina, semel, iuxta com-
munem more, vel mente sola, vel
etiam voce per currantur.

Secunda est: quod si oratib⁹ hoc
modo nobis, in una voce, vel
duabus, meditatio affluat, & in-
terna simul delectatio, postponen-
da erit transcurrendi cura, licet
hora tota prætereat, elapsa, reli-
quæ orationis cursim recitetur.

Tertia: ut quando ita cotige-
rit, meditanda voci vni, aut
paucis.

pauculis, horam impendisse, po-
stridie recitato breuiter eo, quod
excussum fuit, ad sequentis verbi
considerationem pergamus.

Post excusam vero ad hunc mo-
dum Dominicam prectionem
totam, succedet Salutatio angeli-
ca: deinde alia, atque alia oratio:
ut sine interruptione, hæc orandi
exercitatio procedat.

Adhuc: oratione qualibet sic
completa, personam illam, ad quam
pertinebat, paucis copellabimus,
virtutem aliquam, aut gratiam
petentes, qua maximè indigere
nos senserimus.

N TER-

TERTIVS ORANDI
modus, per quandam vocū
& temporum commensu-
rationem.

Aditio ab utraque superiorē
nihil differt.

ORatio præparatoria, sicut si-
cut in secundo modo.

Tertius hic orandi modus in
eo consistit: ut inter singulas
respirandi vices, singula Domini-
nica, alteriusue orationis, verba
transmittamus, expensa interim,
vel significatione prolatæ vocis,
vel personæ, ad quam oratio spe-
ctat, dignitate, vel mea ipsius vi-
litate, vel utriusq; postremo diffe-
rentia. Eode procedendū modo, in

Ver-

verbis reliquis. Addenda quoque
orationes suprà memorata, Ave
Credo, &c.

REGVLAE DV AE
huc spectantes.

PRior: ut finita iuxta hunc o-
randi modū precatione Domi-
nica, sumatur alijs diebus, vel ho-
ris, angelica Salutatio, simili re-
spirationum intervallo tractāda,
cum alijs orationibus, visitato mo-
rere citandis.

Posterior: ut, qui hunc orandi
modū exercere cupit, diutiū,
ad eū applicet precatiōes omnes,
suprà dictas, aut earū partes: &
paria anhelitum, ac vocum in-
terfītia obseruet.

N 2 VI-

VITAE DOMINI
NOSTRI IESU
CHRISTI
MYSTERIA.



Otandum est primi-
tus, omnia sequen-
tium mysteriorum
verba, quæ includun-
tur parenthesi, ex ipsis Euange-
lijs de prompta esse, non item ce-
tera. Adhac, in unoquoque my-
sterio, semper aut fere, ponit punc-
tatrix, ut expeditior sit cotem-
platio, quo est distinctior.

DE

DE ANNVENTIATA
beatæ Mariæ Virginis Chri-
sti incarnatione, de qua Lu-
cæ primo.

Primo, quomodò Angelus Ga-
briel, Beatam Virginem salu-
tans, diuini verbi conceptionem
einuntiavit. (Ingressus angelus
ad eam dixit Ave gratia plena
¶c. Ecce concipies in vtero, ¶
paries filium ¶c.)

Secundò confirmat Angelus
id quod prædixerat, adducto exē-
plo de Sancti Iohannis Baptistæ
conceptione admiranda (Et ecce
Helisabeth cognata tua, ¶ ipsa
concepit filium in senectute sua
¶c.)

N 3 Ter-

Tertio: Respondebit Angelo Virgo
sancta (Ecce ancilla Domini, fiat
mihi secundum verbum tuum.)

D E M A R I A E L I S A-
beth cognata suam visitan-
te, ut habetur Luc. I.

Primo quomodo inuisit Maria
Elisabeth, ac S. Ioannes in-
tero existens, sensit Mariæ salu-
tationem, et gestij (ut audiret,
salutationem Mariæ Elisabeth,
exultauit infans in utero eius: et
repleta est spiritu sancto Elisa-
beth: et exclamauit voce magna,
et dixit, Benedicta tu inter mu-
lieres, et benedictus fructus ve-
tris tui.)

Secundo, Beata Virgo in hoc

can-

canticū præ latitia prorupit (Ma-
gnificat anima mea Dominum
Eccl.)

Tertio (mansit autem Maria
cum illa quasi mēsibus tribus, et
reuersa est in domum suam.)

D E C H R I S T I N A T I
uitate, Luc. Secundo.

Primo, Beata Maria cū Ioseph
sponsō suo ē Nazareth, profi-
ciscitur Bethlehem (Ascēdit au-
tem et Ioseph à Galilaea, et c. in
Bethlehem, Eccl. Ut profiteretur
cum Maria desponsata sibi uxori
reregnante.)

Secundo, (peperit filium suū pri-
mogenitū: et pannis eum inuoluit

N 4

O

*G*reclinavit eum in præsepio.)
Tertiò eo tempore (facta est cū
Angelo multitudo militiæ cele-
stis, laudantium Deum, & dicen-
tium, Gloria in altissimis Deo,
&c.)

DE PASTORIBVS Luc. Secundo.

Primò, pastoribus reuelatur
Christi nativitas per Angelū
(Ecce enim euāgeliō, vobis gau-
dium magnum, &c. Quia natus
est vobis hodie Saluator, &c.)

Secundò pastores properant in
Bethlehē (Et venerūt festinatēs:
& inuenērūt Mariā, & Ioseph,
& infantē positum in præsepio.)

Tertiò (et reuerſi sunt pastores
la

laudatēs et glorificatēs Deū &c)
DE CIRCVNCISIO-
ne, ibidem.

Primò circumcisus est Puer.
Secundò (Vocatum est nomē
eius IESVS, quod vocatū est ab
Angelo, prius quām in utero cō-
cipereetur.)

Tertiò redditus est Matri suæ
puer, quæ illi compatiebatur, de
sanguinis visa effusione.

DE TRIBVS MAGIS regibus. Matth. secundo.

Primò, tres Magi reges ad pue-
rum Iesum adorandum ve-
nerunt, stella duce, ita attestatēs:
(Vidimus enim stellam eius in o-
riente, & venimus adorare eum.)

N 5 Se-

Secundò (procidentes adorare-
runt eū, & apertis thesauris obtu-
lerunt ei munera aurum, thys &
myrrham.)

Tertio (responso accepto infor-
mnis, ne rediret ad Herodē, &c.

D E P V R I F I C A T I O.
ne Beatae Virginis, & Pueri
Iesu præsentatione, Luc.2.

Primo. Detulerunt puerum in
teplū, ut presentaret eū Deo,
tanquam primogenitū, offerentes
pro eo consuetū munusī (parturū
rū, aut duos pullos colabarum.)

Secundo. Simeon venies eadem
hora, in teplū (acepit eū in vlna
suas, & benedixit Deū & dixit,
Nunc dimittis seruum tuū &c.

Ter-

Tertio (Anna superueniens .
cōfitebatur Domino, & loqueba-
tur de illo omnibus, qui expecta-
bant redemptionem Israel.)

D E F V G A I N A E G Y P T U M
Math. Secundo.

Primò: volēs Herodes, Puerū-
lum Iesum interficere, occidi-
fecit innocentes: præmonito Io-
seph per Angelum, ut in AEgyptū
profugeret. (Surge & acci-
pe Puerum, & Matrem eius &
fuge in AEgyptum.)

Secundò: Iter corripuit Joseph
AEgyptū versus. (qui cōsurgens
nocte &c. secessit in AEgyptū.

Tertio (erat ibi, usq; ad obi-
sum Herodis.)

DE

DE R E D I T V A B
A Egypto Matth. secundo.
Primo admonetur Ioseph ab
Angelo, ut in terram Israel
revertatur. (Surge & accipe patre
rum & Matrem eius, & vade in
terram Israel.)

Secundo (Qui consurgens &c.
venit in terram Israel.)

Tertio, Eò quod regnabat Ar-
chelaus, filius Herodis in Iudea,
recessit in Nazareth.

DE VITA DOMINI AB AN-
NO ETATIS SUÆ XII. VSQUE AD XXX, Luc.
secundo.

Primo: quomodo subdit⁹ erat,
& obediens parentibus.

Secundo (Proficiebat sapientia
estate, & gratia, &c.)

Tertio

Tertio: Videtur fabrilem artē
exercuisse, cum dicat sanctus
Marcus cap. sexto: (Nōne hic est
faber ille?)

DE A S C E N S V I N
templū, anno duodecimo,
Luc. secundo.

Primo: natus IESVS annos
xij. è Nazareth, profectus est

Hierosolymam.

Secundo: remansit illic nescijs
parentibus.

Tertio: postriduum, inuenierunt
eum in templo, sed ētem inter do-
ctores: & ipse illis causam more
percōtantibus, respondit (Nescie-
batis quia in his quæ Patris mei
sunt, oportet me esse?)

DE

DE BAPTISMO EIVS.

Matth. Tertio.

Primò: Matri valedicēs, è Nazareth, ad Iordanis flumen se contulit, ubi tunc Ioannes baptizabat.

Secundò: baptizatus est à Ioanne, excusante se primum de indignitate, sed compulso his verbis. (Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam.)

Tertio: descendit Spiritus sanctus super eū & vox de calo sic attestans (hic est filius meus) &c.

DE TENTATIONE CHRISTI

At Luc. quarto. & Matth. quarto.

Primò: post baptismum secessit in desertum Christus, & ibi per dies quadraginta & totidem

noctes

noctes ieunauit.

Secundò: ter ab inimico tentatus est (accedes tentator dixit ei, si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Mitte te deorsum. Hac omnia dabo tibi) &c.

Tertio: (Et ecce Angeli, accesserunt & ministrabant ei.)

DE APOSTOLORVM
vocatione.

Primò: videtur sancti, Petrus, & Andreas, fuisse ter vocati. Primum ad solā quandā Christi notitiam, Ioa. Primo. Deinde ad sequelam solum temporaneam, cum animo reuertendi ad pescationem, Luc. quinto. Ultimò, ad perpetuam sequelā. Matth. quarto, & Marc. primo.

Secundò

Secundò: vocauit filios Zebedæi Matth. quarto. & Philippū, Ioh. primo. Et Mattheū, Matt. nono.

Tertio vocatis sunt reliqui: licet de quorundam vocatione, & de ordine vocationū, expreſſe mentio non fiat in Euangelio.

Tria hic expēdenda sunt. *Brimum: quomodo erant Apoſtoli abiectæ conditionis.*

Secundò: ad quantā fuerint dignitatē, et quidm suauiter vocati.

Tertiū quibus gratiæ donis, ſupra omnes veteris testamenti patres, nouiq; Sanctos, euecti ſint.

D E P R I M O C H R I-
ſti miraculo, factō in nuptiis, Iohā, ſecundo.

Pri-

Primò: *Inuitatus fuit Christus cū discipulis suis ad nuptias.*

Secundò: deficere vinū Mater cōmonuit. (Vinum non habent) Et ministris dixit (Quodcunque dixerit vobis facite.)

Tertiò: aquam in vinum Domini conuertit (Et manifestauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum discipuli eius.)

D E F V G A T I S E
templo negotiatoribus prima vice. Iohā. Secundo.

Primò: *eiecit de templo vendētes illic & ementes, factō ex funiculis flagello.*

Secundò: numulariorū subuersis mensis, pecunias effudit.

O Ter-

Tertio: Vendetibus colubas, manuete inquit: auferite ista hinc et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.)

D E S E R M O N E C H R I S T I,
habito in monte. Matth. quinto.

Primo: ad dilectos suos discipulos, octo Christus beatitudinis genera exposuit. (Beati pauperes spiritu: Mites: Qui lugent, Qui e-suriunt, & sitiunt iustitia: Misericordes: Mundo corde: Pacifici: Qui persecutionem patiuntur.)

Secundo: eos exhortatur, ut acceptis donis seu talentis, vntantur recte. (Sic luceat lux vestra coram hominibus. &c.)

Tertio: ostendit non soluere se legem, sed implere, explicatis pra-

cep;

ceptis de vita homicidio, furto, fornicatione, periurio. Et de diligendis quoq; inimicis, (Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, &c.)

D E S E D A T A M A R I S T E M-
pestate Matth. octauo,

Primo: dormiente **C H R I S T O** coorta est in mari vehemens tempestas.

Secundo, excitarunt à somno eū territi discipuli, quos de fidei letitate arguit (Quid timidi estis modicæ fidei?)

Tertio: ventis & mari præcepit ut conquiesceret, & facta est statim tranquillitas: vnde ob stupores homines dicebāt (Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?)

O 2 D E

DE A M B V L A T I O -
ne super aquas. Matth. xiiij.

Primo: cū in móte adhuc esset
Christus, discipulis in nauicu-
lam abire iussis, & dimissa iur-
ba, remansit ad orandum solus.

Secundo: cū agitaretur noctu na-
uicula, eō ipse venit, ambulās su-
per aquas, unde per terrefacti dis-
cipuli, phantasma esse iudicabat.

Tertio: postquam dixerat adeos
(Ego sum, nolite timere) Sanctus
Petrus accedēdi petiūt facultatē,
& gradiendo super aquas, ob sub-
ortū metum mergi c̄epit, quem
increpans Dominus de modica
fide, nauiculam intravit, & cessa-
uit ventus.

DE

DE M I S S I S A D
Prædicandum Apostolis.

Matth. decimo.

Primo: Discipulis IESVS con-
uocatis, dedit potestate ejcien-
di demonia ex hominibus, & o-
mne morborum genus sanandi.

Secundo: prudentiā eos docuit, et
patientiā. (Ecce ego mitto vos si-
cut oves in medio luporū. Estote
ergo prudentes sicut serpentes, et
simplices sicut columbæ.)

Tertio: profectiōis exponit modū
(nolite posidere aurū nec argē-
tum: quod gratis accepistis gratis
date) Adhac materia prædicatio-
nis expressit (Euntes autem præ-
dicate, dicētes: Quia ecce appro-

O 3 pin-

pinquauit regnum cælorum.)

DE CONVERSIONE

Magdalenæ, Luc. cap. 7.

Primò: CHRISTO accubente
mense in Pharis ei domo, in-
gressa est mulier, quæ fuerat in
ciuitate peccatrix, sive Maria
Magdalena, soror Marthae fue-
rit, sive alia deferens alabastri mū-
nas, vnguento plenum.

Secondò: stans retro cœpit pedes
eius rigare lachrymis, & capillis
suis abstergere, deosculari, &
vngere.

Tertiò: criminata eam à Phari-
seo, defendit Christus, et ad ipsum
ait (Remittuntur ei peccata multa
&c. (Et ad ipsam deinceps (Fi-

215
*destuata saluam fecit, Vade in
pace.)*

DE QVINQVE MIL- lium hominum refectione

Matth. XIII.

Primò: rogabat IESV M disci-
puli ut dimitteret adstantes
turbas.

Secundò: ipse afferri iussit,
quos habebat panes, eosque præ-
missa benedictione frāgens, disci-
pulis porrexit, turbis hominū dis-
cumbere iussis, apponendos.

Tertiò (Et māducauerūt omnes:
& saturati sunt. Et tulerunt re-
liquias, duodecim cophinos frag-
mentorum plenos.)

DE

04

DE TRANSFIGURA
tione Christi, Matth. xvij.

Primò assumptis I E S V S, cha-
rissimis tribus discipulis, Pe-
tro, Ioanne, & Iacobo, (transfigu-
ratus est, & facies eius resplend-
dit sicut sol, & vestimenta eius
alba facta sunt, sicut nix.)

Secundò: loquebatur cum Mo-
se & Helia.

Tertiò: rogāte Petro, ut fierent
ibi triata bernacula, insonuit vox
de calo (Hic est filius meus dile-
ctus &c. ipsum audite) Vnde co-
sternati discipuli, proni collapsi
sunt, quos tangendo Christus, di-
xit. (Surgite & nolite timere
&c. nemini dixeritis visionem,
donec

donec filius hominis à mortuis re-
surgat.)

DE LAZARI SVSCITATIO
ne. Ioan. Undecimo.

Primò: Audito Christus nütio
de Lazari agrotatione, per bi-
duum subsistit, ut cuiusdam foret
miraculum.

Secundò: antequām suscitet, mor-
tuum, utriusque sororis fidē exti-
mulat. (Ego sum resurrectio &
vita: qui credit in me, etiā si mor-
tus fuerit, viuet.)

Tertiò: collachrymatus, ac preca-
tus prius, suscitauit illū: fuit autē
quo v̄sus est, suscitādi modus, per
mā datum: (Lazare veniforas.)

DE CAENA APVD BETHA-
niam Matth. xxvij.

O 5 Pri-

Primò: cœnabat Christus in domo Simonis leprosi, et pariter Lazarus.

Secundo: effudit Maria vnguentum super caput eius.

Tertio: obmurmurat Iudas (vñ quid perditio hæc?) Denuò vero excusat CHRISTVS Magdalénam (Quid molesti estis huic mulieri?) &c.

DE DIE PALMARUM. Matth. XXI.

Primò: præcepit Dominus ad duci asinam, & pullū (Soluite & adducite mihi, & si quis vobis aliquid dixerit, &c.)

Secundo: asinā conscedit, apóstolorum vestibus instratam.

Ter.

Tertio: Excepturus eū populus, cùm veniret obuiam, vestimentis suis, et ramis arborū sternebat viam & canebat. (Hosanna, filio David, benedictus, qui venit) &c.

DE PRAEDICATIÖNE IN TEMPLO. Luc. 19.

Primò: docebat quotidie in templo.

Secundo: finita prædicatione in Bethaniā redibat, nemine apud Hierosolymā, ipsum excipiente.

DE CAENA VLTIMA. Matth. XXVI. & Ioan. XIII.

Primò: comedit cū discipulis paschalem agnum, eosque de imminentे sua morte præmonuit: dicens (amen dico vobis,

quia

quia vn^o vestrū me traditur^o est.)
Secūdō: lauit eorū, Iuda quoque
ip̄fius pedes: Incipiēs à Petro, qui
ad maiestati CHRISTI, & indi-
gnitate suam respicieſ, ſeſe oppo-
nebat. (Domine tu mihi lauas pe-
des?) Ignarus ſcilicet præberi à
Domino exemplū humilitatis, ita
poſteā declarante. (Exemplū enim
dedi vobis, ut, quemadmodū ego
feci ita & vos faciatis)

Tertiō: ſanctissimū Euchariftie
Sacramentū iuſtituit, in ſignum
ſummae dilectionis, hiſ verbis
tēs. (Accipite et comedite &c.)
Expleta autē cāna, Iudas ad ven-
dendum illum egressus eſt.

DE

DE M Y S T E R I I S P O S T
cēnā & in horto geſtiſ Matth. vii. 6
mo ſexto, & Mare, decimoquinto.

Primo: peracta cāna, & hym-
no dicto, profect^o eſt Christus
ad Oliueti mōte, cū diſcipulis ſuis
vndecim, metu plenis: & octo re-
manere iuſit Gethſemani (Sede-
te hic, donec vada illuc, & ore.)

Secundō: ductis ſecū tribus, Pe-
tro, Iacobo, & Ioanne, orauit ter-
dicens: (Pater mi, ſi poſſibile eſt,
trāſeat à me calix iſte, verū tamē
nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu.) Et
iagonia exiſtēs prolixī orabat.

Tertiō, cūm eō timoris redigiſe
paſſus fuſſet, ut diceret (Tristis
eſt anima mea vſq; ad mortem)
Etia ſanguinē ſudauit copioſum
teſte

reste Luca. (Factus est sudor, &c;
sicut guttae sanguinis decurritis
in terra.) Vnde coicere licet vesti-
menta eius iam tum fuisse made-
facta cruento.

DE COMPREHENSIONE

Christi, & traductione ad Annæ do-
mū. Matth. xxvij. Luc. xxij. & Mar. xv.

Primò: permisit se Domin⁹ of-
culo à Iuda tradi, & quasila-
tronē cōprehēdi. (Tāquam ad la-
tronē existis eū gladijs ac fustib⁹
cōprehendere me? &c. Ipsq; in-
terrogante (Quē quæritus?) Cor-
ruerūt in terram inimici omnes.

Secundò: seruū Pontificis percu-
tiēti Petro ait. (Mitte gladiū tuū
in vaginam) & sanauit seruum.

Tertiò: captus, & à discipulis re-
lictus,

lictus, ad Annæ domū pertrahi-
tur, ubi à Petro, paulo post secuto,
semel negatus est. Et alapā acce-
pit à ministro quodam obijcente
(sic respondeat pontifici?)

DE GESTIS POSTEA

in domo Caiphæ. Matt. xxvj.

Primò: abducitur ligatus Chri-
stus, ab Anna, in domū Cai-
phæ, ubi Petr⁹ rursum eū bis ne-
gavit, atq; respiciēt ipsum Domi-
no (Egressus foras fleuit amarè.)

Secundò: permanxit ligatus, to-
ta illa nocte.

Tertiò: circunstātes cum sa-
tellites illudebant, vexabant, &
velata facie colaphis cædebant,
interrogantes.

(Pro-

(Prophetiza nobis Christe quis est qui te percuſit?) ac modis alijs blaſphemabant.

DE CHRISTI APVD

Pilatū accusatione. Matth. vigesimo sexto. Luc. vigesimo secundo & Marc. decimoquinto.

Primò: Traducitur deinceps ad Pilatum CHRISTVS, & corā eo à Iudeis, calumniosè accusatur. (Hunc inuenimus subuertentem pētem nostrā, & prohibentem dare tributa Cæſari.) Secundò, eo semel atque iterū examinato retulit Pilatus. (Ego nullam in eo inuenio causam.)

Tertiò: Barabbæ latronis, quām
CHRI-

CHRISTI IESV liberationem, malle se Iudei proclamarūt (Nō hunc sed Barabbam.)

DE TRANSMISSO CHRISTO ad Herodem. Ibidem.

Primò: Trāſmisit Pilatus Christum ad Herodem, & ſtimans quod eſſet Galilæus.

Secundò: Herodi poſcenti curioſa, nihil penitus reſpondit, licet à Iudeis valide accuſaretur.

Tertiò: ab Herode cū ſuo exercitu ſpretus fuit, atque ueste alba induitus.

DE REVERSIONE AB HERODE ad Pilatum, Matth. XXVI. Luc. XXII. Marc. XV. & Ioan. XIX.

Primò: Christū remifit ad Pilatum Herodes, et ab eo ea ipſa die, cū prius inimici eſſent, ſibi inuicem

cem recōciliati sunt.

Secundò: IESVM flagellis cadi*in*uit Pilatus: milites eundē spinis coronarunt, atq; purpura induerunt, deinde irridentes dicebant (*Salve Rex Indeorū*) Et colaphos simul impingebant.

Tertiò: Ita coronatum spinis & purpura induitū eduxit in pro*patulum* Pilatus, & ait (*Ecce homo*) Pontifices vero conclamabant: (*Crucifige, crucifige eum.*)

D E CONDÉMNATIONE ET
crucifixione IESV CHRISTI,
Ioan. 19.

Primò: sedes pro*tribunali* Pila*tus*, Christū indicauit, et tradi*dit* crucifigendū postea quām ne*gatēs* cū Indeis suū Regē esse, dixe*rum*

runt (*Non habemus Regem nisi Cæsarem.*)

Secundò: baiulauit Christus cruce suam donec ob viriū defēctum, Simon quidā Cyreneus illā post eum ferre compulsus est.

Tertiò: Inter duos latrones crucifixus fuit adscripto titulo (*Iesus Nazarenus Rex Indeorū.*)

D E M Y S T E R I I S I N C R V-
ce factis. Ioan.19.

Primò: blasphemias pertulit in
cruce (*Vah qui destruis tēplū Dei*) Et diuisa sunt vestimenta eius.

Secondò: Effatus est Dominus in
cruce verba septē. Orās videlicet
pro crucifigentibus: Latroni par-
cens: Matrem & Ioannem, sibi
mutuo commendans: Exclamas

P 2 (Si-

(Sito) Quādō aceto eum potaverūt, & deinde se à Patre dices de relictū, postea (Consummatū est)

Ac postremo (Pater in manus tuas commendo spiritum meum.)

Tertio: Sol obscuratus est, ipso inspirante, & petra scissa sunt, aperta quoq; monumēta, & velū tēpli à summo ad infimam usque partē scissum. & latus lancea cōfoſsum aquā et sanguinē effudit.

DE MYSTERIO SEPULTURÆ, Ibidem.

Primo: De Cruce sublatus est mortuus Domin⁹ per Ioseph, atque Nicodemum, in conspectu ipso Matris afflictissimæ.

Secundō: Delatū est ad sepulchrū cor-

corpus, vñctum & inclusum.

Tertiō: adhibiti sunt inibi custodes:

DE CHHRISTI RESVR
rectiōe & apparitiōe prima.

Primum: Apparuit Dominus Matris suæ, postquam resurrexit, cū dicat scriptura quod apparuit multis. Licet enim nominatim illa non exprimat, id nobis tamē relinquit pro certo, tanquam intellectū habentibus: ne alioqui iure audiamus illud. Adhuc & vos sine intellectu estis?

DE SECUNDA APPARITIO
ne, Marc. decimo sexto.

Primo: Sumo mane ad monumētum profecta sunt Maria Magdalena, Iacobi & Salome.

Inter

inter se dicētes (*Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?*)

Secūdō: viderūt lapide resolutū, & angeli dicitū audierūt (*Iesum queritis Nazarenum? Surrexit, non est hic.*)

Tertiō, apparuit Mariæ Magdalene, quæ alij digressis, iuxta sepulchrum restiterat.

DE APPARITIONE TERTIA. Matth. vltimo.

Primo: redibant à monumento mulieres cum timore simul gaudio ingenti, ut narrarent discipulis, quicquid de Domini resurrectione intellexerant.

Secundō: apparet eis in via Christus, ait (*Auete*) Et ille accedentes, ac prostratae ad pedes eius, ip-

sum adorauerunt.

Tertiō: affatus est illas Domin⁹ (*Nolite timere. Ite renuntiate fratrib⁹ meis, vt eāt in Galilæa,* &c.)

DE APPARITIONE quarta. Luc. vltimo.

Primo: Audita Petrus ex mulieribus CHRISTI resurrectione, cucurrit ad monumentum.

Secundō: introgressus, sola vidit linteamina, quibus fuerat involutum corpus.

Tertiō: cogitati super his Petro, CHRISTVS se ostendit, unde dicebant Apostoli (*Surrexit Dominus verè & apparuit Simoni.*)

DE APPARITIONE quinta ibidem.

Primo: duobus discipulis, deinceps apparuit cum irent in

P. 4 Emaus

Emaus, & de ipso colloquerentur.

Secundò: Redarguit eorum incredulitatem, & mysteria passionis, atq; resurrectionis, ipsis exposuit. (Ostulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locutis sunt Prophetæ, &c.)

Tertiò: Rogatus, cum eis manavit, fractoq; ipsis pane disparuit, qui subito in Hierusalem reuersti, nuntiauerunt Apostolis, quomodo vidissent eum, & in fractione panis agnouissent.

DE APPARITIONE

sexta.Ioan.vigesimo.

Primo: Discipuli omnes (praeter Thomam) domi congregati erant,

erat, propter Iudeorum metum.

Secundò: Ingressus ianuis clausis CHRISTVS, & in medio eorū, conspicuum se præbens ita compellavit: (Pax vobis.)

Tertiò: Spiritum sanctum eis dedit, & ait (Accipite spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, &c.)

DE APPARITIONE

septima.Ibidem.

Primo: S.Thomas cū apparitioni predictæ non interfuisset, protestatus erat: (Nisi videro, non credam.)

Secundò: Post dies octo, iterum clausis ianuis obtulit se videndum CHRISTVS, & Thomæ dixit:

P5 (In-

*huc digitum tuū, & vide, &c.)
Tertio: Exclamauit Thomas (Do-
minus meus & Deus meus.) Cui
subintulit Christus (Beati qui nō
viderunt, &c.)*

DE APPARITIONE octaua. Ioan. vltimo.

Primo: Palam se denuo fecit
CHRISTVS, pescantibus se-
ptem discipulis, qui cū tota nocte
nil cepissent, iactum ad mandatum
eius rete extrahere iam nō vale-
bant, præ pescium multitudine.

Secundo, per id miraculū, agno-
scens eū Ioannes, ait Petro (Do-
minus est) Qui confessim desiliēs
in mare ad Christum acceſſit.
Tertio: dedit eis vt comederet pa-

nem

*nem & pīcēm. Postea Petro an-
se diligenter, ter interrogato, suū
ouile commendauit (pasce oues
meas.)*

DE APPARITIONE nona. Marc. vltimo.

Primo: ex Domini mandato,
abeunt discipuli ad montem
Thabor.

Secundō: ijs apparet ille inquit.
(Data est mihi oīs potestas, etc.)

Tertio: mittēs eos ad prædicandū
per uniuersum orbē sic mādauit.
(Ite & docete omnes gētes, etc.)

DE APPARITIONE X. 1. Cor. 15.

DEinde visus est plusquām
quingentis fratribus simul.

DE

DE APPARITIONE
XI. Ibidem.

Apparuit deinde Iacobo.)

DE APPARITIONE
XII.

Apparuisse CHRISTVM etiā
Iosepho ab Arimathia, legi-
tur in hagiographis quibusdā, &
verisimile est, atq; meditatu pīn.
DE APPARITIONE
XIII. 1. Corint. 15.

Apparuit, et beato Paulo post
Ascensionem. (Nouissimè
verò tanquam abortiuo Iūsus est
& mihi) inquit ipse.

Apparuit etiā Patribus in lim-
bo, quoad animam, & postquām
inde

inde educti sunt.

Denique resumpto corpore, ap-
parebat paſsim discipulis, et cum
eis crebro versabatur.

DE ASCENSIONE
CHRISTI, Aet. i.

Primò: Postquām iam per
dies quadraginta multoties se
CHRISTVS Discipulis suis viuu
exhibuisset, (in multis argumen
tis & signis loquens eis de regno
Dei:) Misit eos Hierosolymam,
ut promissum sibi Spiritum san
ctum, illuc expectarent.

Secundò: Eduxit eos ad Olineti
montem. (Et videntibus illis ele
natus est, &c.)

Tertiò: Iisdem in cēlū sufficiē
tibus

tibus dictum est per duos illos vi-
ros in vestibus albis adstantes
(Quos angelos fuisse credimus.)
Viri Galilæi, quid statim aspiciētes
in cœlum? Hic IESVS, qui assum-
ptus est a vobis in cœlum, &c.)
REGVLÆ ALIQVOT,
ad motus animæ, quos di-
uersi excitat spiritus, discer-
nēdos, ut boni solum admit-
tantur, & pellantur mali.

A Dueritendum est: quod po-
tissimum conuenium
exercitijs primæ heb-
domadæ.

Prima regula est: Quod illi,
qui facile peccat letaliter, &
peccatum peccato addunt, fere sole-

inimicus noster, illecebras carnis,
& sensuum delectationes obijce-
re: ut eos teneat peccatis plenos,
ac semper cumulu adaugeat. Spi-
ritus vero bonus, è contrario, co-
scientiam illorum pungit assidue:
& per synderisis, rationisq; offi-
cium a peccando deterret.

S ECUA: Quod alijs hominibus,
qui se à vitijs, et peccatis, pur-
gandos curant sollicitè, & in ob-
sequijs diuini studio, magis ac ma-
gis indies promonet, immittit spi-
ritus malignus, molestias, scrupu-
los, tristitias, ratiōes falsas, & al-
lias id genus perturbationes: qui-
bus, profectu illū impeditat. Spi-
ritui autem bono, ex opposito, pro-
prium,

prium, consuetumque est: recte agentibus, animum ac vires addere, consolari, deuotionis lachrymas ciere, illustrare mentem, et tranquillitatem dare: sublatis obstaculis omnibus, ut expeditius, alacriusque, per opera bona, semper ultra tendant.

Tertia: Quod spiritualis, propriè consolatio, tuc esse noscitur, quando per internam quandam motionem, exardescit anima, in amorem Creatoris sui: nec iam creaturæ ullam, nisi propter ipsum potest diligere.

Quarto etiam lachrymæ funduntur, amorem illum proxocantes: siue ex dolore de peccati

tis profluant, siue ex meditatione passionis Christi, siue alia ex causa qualibet, in Dei cultum, & honorem, recte ordinata.

Postremo: consolatio quoque dici potest, fidei, spei, & charitatis, quodlibet augmentum.

ITem lætitia omnis, quæ anima ad caelestium rerum meditationem, ad studium salutis, ad quietem, & pacem cum Domino habendam, solet incitare.

Quartæ: Quod spiritualis, contraria desolatio vocari debet, quævis animæ obtenebratio, turbatio, instigatio ad res infirmas, seu terrenas: omnis denique inquietudo, & agitatio, siue tentatio,

tatio, trahēs in diffidentia de salu-
te: & spē, charitateque expellēs.
Vnde se anima tristari, te pescere,
actorpere sentit, et de ipius Dei,
Creatoris sui clemētia, prop̄e des-
perare. Sicut enim cōfolationi op-
ponitur desolatio: ita etiam, quæ
ab utraq; oriuntur cogitationes,
sunt inter se prorsus opposite.

Quinta: Quod tempore desola-
tionis, nihil deliberandum,
aut innouandum est, circa proposi-
tum animi, aut vita statū: sed in
eis perseverandum, quæ fuerant
prius constituta: puta præcedē-
die, vel hora consolationis.

Quemadmodum enim, dū frui
tur quis cōfolatione illa, quā dixi
mus,

ximus, non proprio suo, sed boni
spiritus instinctu regitur: ita, ob-
versante sibi desolatione, agitur
à malo spiritu, cuius instigatione
nihil vñquam recte conficitur.

Sexta: Quod tametsi desolatio
ne affectus, homo priora sua
consilia minimè debet immutare:
expedit tamen prouideri, &
augeri ea, quæ cōtra desolationis
impulsum tendunt: qualia sunt,
insistere orationi, & meditatio-
ni, cum discussione sui: ac pœni-
tentiae aliquid assumere.

Septima: Quod quādū premi-
atur desolatione, cogitādū est,
nos interim à Domino nobis ipsis,
probatiōis causa reliqui: ut perna-

turales quoque vires, insultibus
inimici nostri obsistamus. Id
quod possumus haud dubiè, adsi-
stente nobis iugiter præsidio diui-
no: licet tunc nequaquam sentia-
tur, eò quòd ferorem pristinum
charitatis Dominus substraxe-
rit: relicta nihilominus gratia,
quæ ad bene operandum, & ad
consequendam salutem, satis esse
queat.

Octaua: Quòd hominem ten-
tatione pulsatum, mirè in-
uat patientiæ seruandæ studium;
vt quæ vexationibus huiusmodi
propriè opponitur, & è diametro
resistit. Accersenda etiam spes
est, & cogitatio, ad futuræ breui
con-

cōsolationis: si præsertim per san-
ctos conatus, in sexta regula si-
gnatos, desolationis impetus frā-
gatur.

Nona: Quòd causæ desolatio-
nis tres sunt præcipuae. Pri-
ma: *Quia propter nostram in spi-
ritualibus studijs, seu exercitijs
tepiditatem, atque acediam, con-
solatiōe diuinam erit priuamur.*
Secunda: *Vt probemur quinā su-
mus: & quomodo in Dei serui-
tium, & honorem, absq; præsen-
te quodam consolationum, dono-
rumque spiritualium stipendio,
nos met impedimus.* Tertia: *Vt
certi planè simus nostrarum vi-
rium non esse, vel acquirere, vel*

Q 3 - resi-

retinere fervorem deuotionis, vehementiam amoris, abundantiam lachrymarum, aut aliam quamlibet internam consolationē: sed omnia hæc gratuita esse Dei dona: quæ si vendicemus nobis, ut propria, superbiæ & vanæ gloria crimen, non sine salutis graui periculo, incursum sumus.

Decima: Quod fruēti homini consolatione, prospiciendum est, quo se pæctō gerere poterit, desolatione deinceps occurrente: ut iam inde acrimoniam, & robur animi maturè comparet, ad impetum eius reprimendum.

Vndecima: Ut ille idē, affluente consolatione seipsum de-

pri-

primat, ac vile faciat quātūm potest: reputando secū: quām imbelis, quamq; ignauus esse appetbit, desolatione impugnate: nisi per gratia et cōsolationis diuinæ opē, citò sublenetur. Contrā verò ille, quem desolatio molestat, estimare debet cū Dei gratia, se posse plurimū, facileq; aduersarios suos omnes deuicturum esse: dummodo in Dei virtute collocet spem suā, & animum suum corroboret.

Dodecima: Quod hostis noster, naturā & more mulierem refert, quoad imbecillitatē viriū, & animi peruvicaciam. Nā sicut foemina cum viro rixans, si hunc confixerit, erecto & con-

Q 4 statī

stanti vultu sibi obfistere, abiecit
ilicò animum, ac terga vertit: si
verò timidum fugacemq; esse a-
nimaduenterit, in extremam sur-
git audaciam, & illum ferociter
inuadit. Itidem consueuit dæmo,
animo & robore planè destituī,
quoties spiritualem athletam, cor-
de imperterritō, ac fronte ardua
tētationibus videt reluctari: Sin
autem trepidet, ad primos impe-
tus sustinendos, & quasi animū
despondeat: nulla est bestia super
terram, inimico illo tunc effera-
tior, ac rior, & pertinacior in ho-
minem: ut cum pernicie nostra,
malignæ obstinataq; mente sue,
desiderium adimpleat.

Deci-

Decima tertia: Quòd id ē ini-
micus noster more insequi-
tur nequissimi cuiuspiam amato-
ris, qui puellam honestorum pa-
rentum filiam: vel uxorem viri
alicuius probi, volens seducere,
summoperè procurat, vt verba,
& consilia sua occulta sint: nilq;
reformidat magis ac ègrè fert,
quam si puella patri suo, vel uxor
marito, illa patefaciat: cùm sciat
hoc pactò de votis, & conatibus
suis actum esse. Ad eundem mo-
dum obnixè satagit diabolus: vt
anima, quam circumuenire cu-
pit, ac perdere, fraudulentas suas
suggestiones teneat secretas. In-
dignatur verò maximè, & gra-

Q 5 niſi

uissimè cruciatur, si cui vel confessionem audienti, vel spirituali homini, molimina sua detegantur: à quibus ita excidere se funditus intelligit.

DEcimaquarta: Quod solet etiam aduersarius imitari aliquem belli duce: qui ob sessam arce expugnare, atq; deprædari cupiens, explorata prius natura, & munitione loci, debiliore partem aggreditur. Sic nimis, et ille circuit anima, & callide inquirit, quarumnam virtutum præsidys, moralium scilicet, aut theologicarum, ipsa vel munita, vel destituta sit: eaq; potissimum parte machinis omnibus admotis irruit, ac sub-

ter-

uertere nos sperat, quam in nobis minus ceteris firmatam, custoditamque esse præuiderit.

REGVLAE ALIAE UTILES ad pleniorum spirituum discretionem, & secundæ hebdomadæ potissimum conuenientes.



Rima est: Quod proprium est Dei, et Angeli cuiusque boni, veram infundere spiritu ritualem lætitiam, anima, quam mouent, sublata tristitia, & perturbatione omni, quam ingessit demon: cum hic è contrario, sophisticis argumentis quibusdam, veri speciem præseferentibus, lætitiam illam, in anima repertam, oppugnare soleant.

Se-

Secunda: Solius est Dei, consolari animam, nulla præcedente cōsolationis causa: cūm sit hoc proprium Creatoris, suam ingredi creaturam, & illam, in amore sui totām conuertere, trahere, & mutare. Causam verò præcedere nullam tunc dicimus, quandonec sensibus nec intellectui, neque voluntati nostræ, quicquam obiectū est, quod eiusmodi cōsolationem causari, ex se posſit.

Tertia: Quoties præcessit consolationis causa, autor eius potest existere tam malus Angelus, quam bonus sed ad fines tendunt contrarios: bonus quidem, yt anima in boni cognitione, & ope-

operatioē magis proficiat: malus autē vt male agat illa, & pereat.

Quarta: Id moris est spiritui maligno, vt in lucis Angelum transfigurans se, cognitu pijs animæ votis, primum obsecudet, mox inde ad peruersa sua desideria, illam alliciat. Simulat etenim ab initio, bonas sanctasq; hominis cogitationes sequi, & fouere: at deinde in occultas fallaciārum suarū pedicas, paulatim tractum illaqueat.

Quinta: Sedulō & accurate excutiendæ sunt cogitationes nostræ, circa principium, medium et finem suum: quæ tria sicutē se habeant, angelii boni argu-

argumentū est, cogitationes illas suggerētis: sīn autem per discursum mentis, aliquid offertur vel sequitur, quōd ex se malū sit, vel auocet à bono, vel ad minus bonū impellat, quām anima, prius querēdo, sequi decreuisset vel anima ipsam defatiget, angat, ac perturbet, sublata quæ prius aderat quiete, pace, & tranquillitate, evidēt tunc érit indicium: autorem esse cogitationis eiusmodi, spiritū malignum: ut pote vilitati & saluti nostrae semper aduersantem.

Sexta: Quoties cōtingit in ali-
qua suggestione, deprehēdi ho-
stē ex canda sua serpentina, id est
fine malo, quæ semper nobis insi-

nua-

nuare studet: tunc plurimū in-
uat reuoluere discursum totū, &
notare, quid ab initio prætexuerit
bona cogitationis: & quomodo
præcedentē spiritualis gustus sua
uitatē, & animi serenitatē, sen-
sim amouere, ac venenū suū in-
fundere tētarit: Ut per huiusmodi
experimentū, cognita illius frau-
des, facilius deinceps caueantur.

Septima: Eorum, qui promonēt
in bono salutis animis, se infi-
nnat, uterque spiritus diuerso mo-
do: bonus quidem leniter placi-
dè ac suauiter: sicut aquæ stilla in
spongiam illabens: malus verò
duriter, implacidè, & violenter,
cum strepitu quodā, sicut imber
deci-

decidens in petram: illis autem, qui in dies tēdunt in deterius, oppositum prorsus v̄su uenit. Cuīs sanè diuersitatis ratio est, quatenus Angelo v̄trilibet, similis est vel dissimilis animæ ipsius dispositio. Si enim contrariam sibi eā, alteruter spiritus inuenierit, cum strepitu & pulsu, qui facile aduerti queat, ei se coniungit: si conformem verò, tāquam in propria apertam domum subitum quiete.

Octaua: Quoties sine præmia vlla causa cōsolatio nobis ad est: quanuis ei, tāquam diuinitus immisse, vt suprā dictum est, nihil fallacia subesse posse: debem⁹ tamen

tamen attente, ac solicite distinguere, p̄sens consolationis tempus, à proximo sequente, in quo anima feruet adhuc, & fauoris diuini, nuper accepti sentit reliquias. Nam posteriore hoc tempore, frequenter accidit, vt vel ex habitu, discursu, & iudicio proprio, vel ex boni aut mali spiritus instinctu, aliqua sentiamus vel deliberemus: qua cū ab ipso Deo, citra medium non emanent, solerti indigent discussione, priusquam recipient assensum, vel in opus veniant.

R R.E-

R E G U L A E N O N
nullæ, in distribuendis elec-
mosinis seruandæ.



Rima: Si quid eroga
re libeat in homines
genere, vel amicitia
coiunctos, erga quos
sentitur procliuior affectus: At-
tendende erunt regule quatuor,
quas ex parte circa electiones co-
memorauimus. Earum itaq; pri-
ma haec est: ut affectus erga ta-
les meus, recte proueniat ex amo-
re Dei: quem certè amorem debet
sentire in me, ut radicem esse, &
causam cuiuscunque meæ affe-
ctionis, erga cognatos, & amicos
omnes: ac operam dare, ut in hoc
pre-

præsenti negocio, præcipua cara-
tio eluceat.

Secunda: Ut considerem, si quis
alter cui parem mecum statum,
seu perfectionis gradum optem, me
consulat super negotio istius mo-
di, quam ego illi erogationis fa-
cienda, dictaturus sim ratione:
Hac igitur & me uti par est.

Tertia: Ut cogite, si mihi, vita
nunc exitus instaret: quid in
hac re egisse vellem potissimum.
Ita ergo agendum in præsentia
decernam.

Quarta: Ut proficiam simili-
ter, quid male in die iudicij
amefuisse super his transactis: Id
quod et nunc citra dubium præeligam.

R 2 Quin-

QVinta: ut quoties ad personas, mihi humano aliquo vinculo coniunctas, affectum meum sentio magis inclinari, regulas quatuor praedictas sedulò expendam, & iuxta eas examine affectū: nihil de eleemosyna seu distributione facienda cogitans, donec ab animo, siquid non rectū ineſt, remouero.

Sexta: Quamuis facultates diuino cultui, & vñfui ecclesiastico dicatae, citra culpam assumi possint distribuenda ab eo, qui ad hoc ministerium sic vocatus: cum tamen plurimis, in determinanda proprijs suis sumptibus iusta portione, soleat de excessu scrupulus

pulus incidere: operæ pretium est iuxta regulas superiores, vita sue statum rectè disponere.

Septima: Propter rationes dictas, & alias plerasque, in administrādis ijs, quæ ad propriam personam, conditionem, domum, aut familiam pertinet: optimum & securissimum est vnicuique, distributionis curam subeundi, vt sua substrahat cōmoditati, quantum potest: ac seipsum proximè conformet ad exemplar domini nostri I E S V C H R I S T I, summi Pontificis: quandoquidem in tertio etiam Carthaginensi concilio, in quo interfuit S. Augustinus, decretum fuit, suppellectilem

R 3 Epis-

Episcopi, vilem ac pauperem debere esse. Hoc idem in quolibet statu seu vitæ genere prouideri couenit, habita interim ratioe personarum & statuum ipsorum, sicut in matrimonio exemplum prabent S. Joachimus, & S. Anna, qui diuersis per annos singulos facultatibus suis in tres partes, pauperibus unam erogabant, alteram dicabant in templi, & dominici cultus ministerium, & tertiam postremo necessitati suæ reseruabant.

QVAE.

QVAEDAM, NOTA
tu digna, de scrupulis, quois
animæ dæmō injicit, digno-
scendis.



Rimum: Vulgo scrupu-
lum appellant, quando
ex proprio liberi arbitrii motu, & iudicio, aliquid con-
cludimus peccatum esse, cū pec-
catum non sit: Veluti si quis ani-
maduertens se crucem, ex paleis
humifiguratam, in transitu cal-
casse, criminis sibi vertat. Hoc
autem non scrupulus proprius,
sed iudicium potius erroneum vo-
cari debet.

R 4. Se-

Secundum: *Scrupulus proprius dicendus est: quoties post calcatam crucem eiusmodi, vel post cogitationem, loquaciam, aut operationem aliquam, oboritur nobis extrinsecus, peccati admisi suspicio: Et quāvis altera ex parte veniat in mentem, nos minimè peccasse, ambiguitatē tamen quādam, atque animi perturbationē sentimus, à dæmonē videlicet obtrusam.*

Tertium: *Prior scrupuli species, impropriè sic dicti, prorsus abhorrenda est, ut erroris plena. Posterior verò, per tempus aliquod (dum præsertim recente est) vita melioris institutio-*

ani-

animam rebus spiritualibus vacātem, non parūm iuuat, cūm eam mirum in modum purget, atque ab omni peccati specimine abducat: iuxta illud diuini Gregorij: Bonarum mentium est, ibi culpa agnoscere, ubi culpa non est.

Quartum, *Callide obseruare solet inimicus, qualis nā sit anima & cuiusvis cōsciētia, crassior ne, an delicatior. Et si quam inuenit delicatam, multo quoque delicatiorem efficere nititur, & in extreūm quendam redigere anxietatis gradū, ut sic miserè turbatam, à profectu spirituali tandem deiciat. Puta si animam non erit, quæ peccato nulli cōsen-*

R S tiat,

tiat, mortali, siue veniali, immo
ne umbrā quidē (ut sic dicamus)
voluntarij peccati sustinere queat,
tunc, quoniam non potest veram
peccati rationem illi obijcere, eō
satagit adducere, ut peccatum si-
bi esse credat, quod reverā nō est,
cuiusmodi est, de verbo aliquo,
vel cogitatiūcula repentina. Cras
sam ē diuerso animam, seu con-
scientiā reddere crassiore studet:
ut, quæ negligebat prius venialia
peccata, mortalia quoq; nūc parū
curet, ac in dies minus respiciat.

QVintum: Ut anima progredi-
valeat in via spirituali, ad il-
lius partis oppositū tēdat neceſſe
est, in quam inimicus tendat per-

tra-

trahere: ut si laxiore ē iste cōſcien-
tiam facere admittitur, faciat illa
ſtrictiore: aut relaxet contrā, ſi
dāmō nimis velit reſtrīngere. Sic
enī cōtinget vitatis extrema v-
triusq; partis periculis, anima ip-
ſam in medio quodam quieto, &
ſecuro ſtatū, iugiter manere.

Sexta: Quoties cunque homini
dicere, aut agere aliquid volē-
ti, quod ab Ecclesiæ vſu, vel maio-
rum noſtrorū ſenu, nō diſfonat,
quodque tendit in Dei gloriā, ob-
uiat extrinſecū ſuſſeſtio diſſua-
dens, ne dicat, aut agat illud pro-
poſitū: adducta vel vanæ gloriæ,
vel mali alterius cuiusuis, fucata
quodam ratione.

Tune

Tunc ad Deum eleuanda mēs
est, siquē appareat, ad eius glo-
riam spectare dictum aut factū
eiusmodi, vel certē contrarium
non esse, tendendum rectā erit,
aduersus talem cogitationem, at-
que obstrepenti nobis inimico,
respondendum cum diuino Bernar-
do: Nec propter te cæpi, nec pro-
pter te finiam.

REGVLAE ALIQVOT
seruandæ, ut cum orthodo-
xa Ecclesia verè sentiamus.



Rima: Sublato pro-
prio omni iudicio, te-
nendus est semper,
paratus promptusq;
animus, ad obedieđum vera Chri-

sti

stis p̄fōse, ac sancte Matri nostræ,
qua est orthodoxa, catholica, &
Hierarchica Ecclesia.

Scunda: Laudare cōuenit so-
litam fieri sacerdoti, confes-
sionem peccatorum, & Eucha-
ristiæ sacra sumptionem, an-
nuam vt minimum, cùm sit lau-
dabilius, octavo quoque die, aut
semel saltem in mense quolibet:
seruatis interim cōditionibus de-
bitis, Sacramentum ipsum susci-
pere.

Terția: Commendare Christi
fidelibus, vt frequenter, ac
deuotè, Missæ sacrum seu sacrifi-
cium audiant. Item cantus Eccle-
siasticos, psalmos, et prolixas pre-
ces in

ces in templis, vel extra templaque recipiendas, tempora etiam probare, determinata officijs diuinis, & preceptionibus quibuscunque: ut sunt, quas vocamus horas canonicas.

Quarta: Laudare plurimum religionum status: atque celibatum seu virginitatem, matrimonio preferre.

Quinta: coprobarare vota religiosorum de seruanda castitate, paupertate, obedientiaq; perpetua, cum alijs perfectionis, & subrogationis operibus. Vbi obiter notandum est, quod cum votatio ad ea pertineat, quae ad perfectionem ducunt vitam Christianam.

ne: de alijs, quae ab ipsa perfectione potius auertunt, ut de negotiis, vel matrimonio, votu nunquam emittendum sit.

Sexta: Laudare praeterea reliquias, venerationem, & inunctionem Sanctorum. Item stationes, peregrinationesque piarum indulgentiarum, jubilae, candelas in templis accendi solitas, & reliqua huiusmodi, pietatis, ac devotionis nostræ adminicula.

Septima: Extollere abstinentiae ac ieuniorum usum: ut quadraginta, quatuor temporum, vigilarum, sextæ feriarum, sabbati, aliorumq; pro deuotione susceptorum. Item spontaneas afflictiones sui, quas poeni-

pœnitentias dicimus: nō internas
solum: sed etiam externas.

Octaua: Laudare insuper tem-
plorum extractiones, atque
ornamenta: nec non imagines,
tanquam propter id quod repre-
sentant, iure optimo venerandas.

Nona: Confirmare maximè
omnia Ecclesiae præcepta:
nec impugnare ullo modo: sed cō-
tra impugnantes, quæ sitis vndiq;
rationibus prompte defendere.

Decima: Patrū etiam, seu su-
periorum decreta, mādata,
traditiones, ritus, & mores, stu-
diosè probare. Licet autem nō re-
periatur vbiq; ea, quæ deberet
esse, morum integritas: si quista-

men

men, vel in publica concione, vel
in populari commercio, ipsis oblo-
quitur, generat potius damna &
scandala, quam aliquid adferat
remedyū, aut utilitatis, cùm nihil
aliud sequatur, nisi exasperatio,
& obrectatio populi, aduersus
Principes, ac Pastores suos. Tem-
perandum est igitur, ab isto inue-
ctiuarum genere. Verum tamē,
sicut damnosum est, primates ip-
sos absentes, apud populum alla-
trare, atque proscindere. Ita rur-
sus priuatim admonere eos, qui si
velint, mederi huic malo possunt,
operæ pretium videtur fore.

Vndecima: Doctrinam sa-
cram plurimi facere: tum

S eam,

eam, quæ positiva dici solet, tum,
quæ scholastica. Sicut enim san-
ctis Doctoribus antiquis Hiero-
nymo, Augustino, Gregorio, &
consimilibus, scopus fuit ad amo-
rem, & cultum Dei amplecten-
dam, animos mouere. ita peculia-
re est Beato Thomæ Bonaventura,
Magistro sententiatarum, & alijs
recentioribus Theologis, dogma-
ta ad salutē necessaria exactius
tradere, atque definire: prout con-
uenit suis temporibus et posteris,
ad errores hæresum confutados;
Siquidē Doctores huiusmodi, ut
sunt tempore posteriores, non so-
lum scripturæ sacræ intelligētia
prædicti sunt, & veterum autorū
iunian-

iuniantur scriptis: sed etiam, cum
influxu diuini luminis consilio-
rum sanctiōnibꝫ; decretis, &
varijs Ecclesiæ sanctæ cōstitutio-
nibꝫ; ad salutis nostre subsidiū,
feliciter vtuntur.

Decima secunda: Culpabilis
est, ac vitanda hominū, qui
adhuc in terris viuunt, (quātum-
vis landabilem) comparatiō, cū
sāctis, & Beatis: dicēdo. Iste est
Doctor sancto Augustino: Ille
est alter S. Frāciscus. Equalis est
Paulo sanctitate, aut aliqua vir-
me, non est inferior. &c.

Decima tertia: Deniq; ut ipsi
Ecclesiæ catholice omnino
vñanimes, conformes que simus,
S 2 siquid,

*Si quid, quod oculis nostris appa-
ret album, nigrum illa esse diffi-
cierit, debemus itidē, quod nigrū
sit, pronunciare. Indubitate nāq;
credendum est: eundē esse Domi-
ni nostri I E S V C H R I S T I,
¶ Ecclesia orthodoxa, Sponsa
eius, spiritum, per quem gubernā-
mur, ac dirigimur ad salutē: neq;
alium esse Deum, qui olim tradi-
dit decalogi praecepta, & qui nūc
temporis, Ecclesiam Hierarchi-
cam instruit, atque regit.*

Decima quarta: *Aduerten-
dum quoque est, etiam si pla-
nè compertum definitumq;
sit, nemini contingere salutem, nisi
prædestinato: circunspecte tamē
super*

*super hoc loquendum esse: ne for-
tē oratiam seu prædestinationem
Dei, nimis extēdentes, liberi ar-
bitrij vires, & operum bonorum
merita, excludere velle videa-
mur: vel è conuerso, ne plus & quo-
hīscē tribuentes, illis interim de-
rogemus.*

Decima quinta: *Similem ob-
causam, frequens de præde-
stinatione sermo, habendus non
est: siquē incidat nonnunquam,
ita temperari decet: ut nulla ple-
bi audiēti, detur occasio erroris,
ac dicendi: si de salute mea, vel dā-
natione iam definitum est, siue
male siue bene agam, aliter ene-
nire non potest: unde solent mul-*

ti opera bona negligere, & alia
subsidia salutis.

Decima sexta: Accidit etiam non raro, ut, ex immodica fidei prædicatione, & laude, adiecta distinctione, aut explicatio ne nulla, ansam arripiat populus, torpescendi circa bona quælibet opera: quæ fidè präeunt, aut sequuntur, charitatis nexus efformatam.

Decima septima: Neq; itidè, prædicandæ, & inculcādæ, gratiæ Dei usque adeò insistendū fuerit: ut serpere inde possit auditorū animis lethalis error, negata liberi arbitrij nostri facultate. De gratia ergo ipsa, diffusè quidem loqui fas est, Deo adspirante: sed

qua-

quatenus in gloriam eius uberiorē redundant: idque iuxta modū conuenientem, nostris præsertim temporibus, tam periculosis: ne liberi arbitrij usus, & opérū bonorum efficacia tollatur.

Decima octava: Quāuis sum mē laudabile sit atque utile, ex dilectione pura, inferuire Deo: nihilominus tamen, valde cōmandus est Maiestatis diuinæ timor. Neq; porro is timor solū, quæ filiale appellamus: qui pius est, ac sanctus maximè: verūm etiā alter seruīlis dictus. Quippe, qui homini utilis est admodum, et saepè numerō necessarius: ut à mortali peccato, quando incidere cōtingit,

s 4 resur

resurgere promptè studeamus, à
quo, dum erimus immunes, atq;
alieni, facilius patebit ascensus
ad timorem illum filialem, Deo
penitus acceptum, qui nobis, cum
ipso Deo vñionem amoris præ-
stat, & conseruat.

REGVLAE PER E- grinorum.



Rima: Litaniae quoti-
die simul omnes in iti-
nere dicēt: nec consciē-
tie examen, & orationem, præ-
termittent: quæ etiam inter am-
bulandum fieri poterit. Studeant
item itineris molestiā colloquijs
religiosis leuare.

Secunda: Qui maioribus pollet
ad viam peragendam viribus, eos
qui sunt infirmiores, subsequi, et
non præcedere debent, & diurna
itinera horum debilium infirmi-
tati commensurent. Quod si quis
viribus destitueretur, aut iumen-

to , aut alia ratione iuuari debet.
Quia in re non qualitatis persona-
rum, sed necessitatis & charita-
tis fraternæ ratio est habenda.

Tertia: Si quis verò in morbum
incideret, ita ut ulterius progre-
di non posset, nec expediret reli-
quos ibi moram trahere: si vicin-
um est aliquod collegium, eò es-
set æger, si morbus pateretur, de-
ducendus: alioqui aliquis ex no-
stris illi erit socius relinquendus,
ut consolationi ei sit & auxilio.

Ægro autem viribus restituto,
cœptum iter ambo prosequentur.

Quarta: Si in via ab honesto &
pio amico inuitaretur: posset qui
præest, hospitalitatis beneficium
ad-

admittere. Tunc autem curare de-
bet, verbis & religioso exēplo,
hospites adificatos in Domino re-
linquere.

Quinta: Eiusdem adificationis
& exempli, in omnibus hospitijs,
meminisse debent sobrietatis in-
mensa, & modestie in conuer-
tione nunquam obliuiscantur: Si
quos verò Superior idoneos esse
judicaret, ad loquendum cum fru-
etu, de rebus spiritualibus: hoc il-
li, habita ratione temporis, loci,
ac personarum præstabunt.

Sexta: Curet qui alijs præest, ut
omnes in eadem hospitijs parte si-
mul sint, quò magis ipse eis posse
prospicere. Et ita eos distribuat,

ut al-

vt alter ab altero in Domino in-
uari posset.

Septima: Cum in itinere ad col-
legia Societatis diuertent; studeat
omnes bonum adificationis odo-
rem, exemplo suæ cōversationis,
his qui in collegijs sunt, relinque-
re.

LAVS DEO.